



Q. D. B. V.
COLLATIONEM
PRISCI IVRIS
SAXONICI CVM IV-
RE ROMANO ET MORI-
BVS HODIERNIS INSTITVENT

(*Oder: Eine Vergleichung des alten Sächsischen Gesetzes mit dem Römischen/ wie auch mit denen heutigen Gebräuchen.*)

AVGVSTINVS LEYSERVVS,
IVR. D. ET P. P. EXTRAORD.

ET
AVCTOR

IO. EHRENFRIED MARTINI,

GRVNHANENSIS MISN.

IVRIVM CANDIDAT.

D. XI. OCTOBR. ANNI 1709
IN AUDITORIO IVRIDICO

RECVSA VITEMBERGAE Anno M D C C XXXVI.
STANNO SCHLOMACHIANO.

8)

5
COLLEGIATIONAL
PRISCI LIBRI
SAXONIC CVM I
RE ROMANO ET MORI
AS HODIE RINGENSTAVENT

AGAZTINUS LEX SRRAS
LAR DE T P EX T A V O D
AC 107
IO. THRENFERID MARTINI
D IX DOCTOR ANNI 50 1566
XV ADICIOVO MATECO

COROLLARIA.

I.

Thesaurus ab emtore in fundo re-
cens emitio cum moneta ante vi-
ginti annos excusa inventus, ad emto-
rem pertinet, non ad venditorem pro-
pter L. un. C. de Thesauris; ibi: *in suis lo-*
cis; item: condita ab ignotis dominis tem-
pore vetustiori; & L. 31 § 1. ibi: dominum non
habeat. de A. R. D.

II.

Pater, fratres, coniux, consanguinei
et domestici heredis, in testamento in-
stituti, testes in illo testamento esse
possunt, dummodo non sint cum illo
in eadem patria potestate.

III.

Bonae fidei possessor fructus consum-
tos,

(2)

tos , licet ex iis locupletior sit factus ,
domino supervenienti non restituit. Spec.
Sax. l. 2. art. 44.

IV.

Forma Imperii Romano - Germanici
propius ad aristocratiam , quam mo-
narchiam accedit.

V.

Maritus uxorem in adulterio depre-
hensam occidens plane non punitur. O.
Crim. c. 150. ibi: aus einer unstrafl. Ur-
sach N. 117. c 15. ibi: nullum periculum
ex hoc formidanti. Quibus textibus a-
brogatae sunt leges , quas Carpz. Dec. 95.
in contrarium affert.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-402524-p0006-9



SVMMA DISSERTATIONIS CAPITA.

1. *Res publica eruditorum maximis vicis studinibus est obnoxia.* 2. *Id quod demonstratur exemplis Philosophiae,* 3. *Jurisprudentie naturalis, artis critica,* 4. *Jurisprudentie civilis.*
5. *Prisca iura Saxonica adhuc hodie valere presumuntur.* Nec opus est, illorum observantiam probare. 6. *Ea samen in quibusdam capitibus iuribus Romanis sunt deinceps.*
7. *Defectus & iniqua sanctiones antiqui juris Saxonici.*

X 3

8. I. Illud

8. I. Illud saltem ex consuetudinibus est collectum. Præstantia juris scripti præ non scripto 9. exemplis demonstratur.

10. II. Auctores ejus, homines privati & singuli, ineptias suas insinuant.

11. III. Errores contrabistorianæ externam 12. & patriam. Vbi origo Saxonum breviter describitur. 13. Romanis bac in parte sunt accuriores.

14. IV. Confusissima dispositio, 15. quam in ordinem redigere voluerunt Klingius, 16. Romanus, 17. Schiltz.

18. V. Multa ex jure Suevico exscribuntur.

19. VI. Confusio morum Saxoniorum cum iure Romano, 20. e. g. quod minori invito non detur curator, 21. quod insula in flumine nata accolis acquiratur.

22. VII. Immixtio juris publici.

23. VIII. Necessaria multa omittuntur.

24. IX. Prohibitio alienationis bonorum sine heredum consensu.

25. X. Absurde solennitates & erdo processuum.

26. XI. Jus formularium.

27. XII.

27. XII. Multitudo testium.

28. XIII. Violente probationes per aquam frigidam, calidam, ferrum candens & duellura.

29. XIV. Permissio private violentia, e. g. in pignoratis-
nibus 30. que tamen ob duplēm eārum utilitatem
non sunt abrogatae. 31. Cancer privatius, in quo de-
bitores detinentur.

32. XV. Frequentia juramentorum,

33. XVI. Odium mulierum,

34. XVII. Nimia inter nobiles & plebejos inegalitas,
35. que tamen in perisque capiebus hodie est abro-
gata. 36. Jure etiam Saxonico mulier ignobilis
equiti nubens & liberi ex ea nati nobilitanter.

37. XXIX. Privilegia Iudaorum.

38. XIX. Gerada.

39. XX. Solutio debitū in reprobā moneta permittetur.

40. XXI. Singulare ius circa res amissas & inventas.

41. XXII. Vsusfructus bonorum pupillarum tutoribus cōs-
ceditur.

42. XXIII. Creditor, amissō pignore, amittit debitam.

43. XXIV.

43. *XXIV. In duplicitibus judiciis iudex auctorem eligit.*

44. *XXV. Dominus, conductor & mandans damnum, quod vasallus, mercenarius & mandatarius patiuntur, ferre jubentur.*

45. *XXVI. Obligatio infantum & furiosorum ex delicto.*

46. *XXVII. Commodanti & debitori pignoratio contracter-
tium possessorem rei vidicatio denegatur.*

47. *Conclusio.*





Vllum unquam regnum aut imperium tot mutationibus sicut obnoxium, quam res publica eruditum. Singulae artes & disciplinae, quae magni istius corporis membra & civitates minores constituunt, per non adeo multa secula innúmeras vicissitudines sunt expertae. In quibusdam democraticum ab initio regimen receptum & libera unicuique sentendi facultas relicta fuit. Sed mox, cum ista in licentiam degeneraret, Optimates imperium invaserunt, & singuli sectas & familias instituerunt, quas alii inferiores sequerentur. Quod vero communiter in aristocratiis usuvenire solet, ut illae denique in tyrannidem degenerent; hoc etiam istis doctorum rebus publicis accidit, ut unus ex ipsis principibus, auctoritate sua reliquorum famam obscuraret, atque se dictator em & imperatorem obruderet. Cujus imperium tam en raro perpetuum fuit. Nam, interposito intervallo aliquo, de suo

A

fasti-

916317

fastigio dejectus alteri locum cessit, tanto plerumque erga se odio relicto, ut, quemadmodum apud Romanos, ejectis regibus omnes horum leges, sive bonae sive mala, exoleverunt L. 2. §. 3. de Origine Juris, ipsius quoque placita, rameris recta & vera, penitus abrogarentur. Quod idem deinde & successori ejus accidit, in cuius locum vel alius iterum surrogatus est, vel pristina illa libertas fuit restabilita. Atque has varierates, si singularum disciplinarum historiam ab earum incunabulis repeatas, continuas in illis fuisse, deprehendes.

II. Exemplum luculentissimum Philosophia exhibet. Qui primi illam coluerunt, nullam superiorem, in cuius verba jurare necessum foret, agnovere, sed singularitionem suam in indaganda veritate secuti sunt. Sed haec libertas sub Pythagora primum, qui, abrogato sapientum nomine, asseclas suos Philosophos appellabat, expiravit. Cujus viri quanta fuerit auctoritas, quam absolutum in Philosophia imperium, nemo ignorat. Et licet successu temporis a quibusdam concureretur, perstite tamen usque ad Socratem, cuius, ut Cicero ait l. 5. Tusc. quæst. multiplex ratio disputandi, rerumque veritas & ingenii magniendo plura genera effecit dissentientium philosophorum. Ex eo igitur tempore aristocracia exorta est, & celebriores quidam iisque pauci imperium ita inter se diviserunt, ut ipi quidem a se invicem dissentirent, & singularis familias erigerent, novatores tamen, si qui exurgebant, & incognitam hucusque opinionem introducere conabantur, communione & consilio reprimenter. Turdavit tandem aequalitatem istam Zeno, atque auctoritate

ritate sua, maxime apud Romanos, ceteras se^{ct}as non quidem opprescit penitus, sed tamen depresso & exinanivit, ac, ut per tria fere post Christum natum priora secula Stoica saltem philosophia laudaretur, effecit. Tum vero rebellavit Aristoteles, tanto successu, ut non solum Stoicis omne imperium abrogaret, sed ipse etiam absolutam tyrannidem occuparet, & per aliquot secula tueretur. Iстis temporibus capitale erat, ab Aristotele dissentire, aliamque, quam Peripateticam, doctrinam profiteri. Sed patrum nostrorum memoriam quidam excusso hoc jugo, pristinam libertatem reduxerunt; quae tandem nostra ætate, restitutis quibusdam se^{ct}is antiquis, introducta præterea Philosophia Eclectica, & accidente Pyrrhonismo seu Scepticismo, in rem publicam irregularem & monstrosum degeneravit.

III. Neque deessent nobis paria ex aliis quoque scientiis & disciplinis exempla, si institutum nostrum ea persequi permetteret. Nam ut de Theologia & arte medica nihil dicam, quas non viciſſitudines expertum est jus naturæ? In quo, postquam Grotius scholasticos & Moralistas, qui per aliquot secula conjunctim regim⁹ obtinuerant, de illo fastigio deiecit atque se ipsa in istud afferuit, mox a Pufendorffio iterum dejectus est, donec hodie res ad Democratiam rediit. In arte critica & literis elegantioribus, maxime in studio Latinæ linguæ quæ non confusio per secula illa barbara, in quibus unusquisque sibi dicendi magister & arbiter existebat, regnavit? Quæ, restituta seculis 15. & 16. luce, in tyrannidem conversa est, postquam Marius Nizolius, Petrus

Bembus, M. Ant. Majoragius multique alii, qui Ciceroniani deinde appellati sunt, legem, ne quis voce latina, qua Cicero usus non esset, uteretur, tulerunt, & Erasmus eosque, qui contra sentiebant, doctorum nomine indignos judicarunt atque in Barbariam relegarunt. Sed excusum hodie hoc jugum esse, quis nescit?

IV. Ipsa Jurisprudentia nostra civilis fata sustinuit non multum constantiora. Infinitum foret, ejus incunabula à Græcis vel Reip. Romanæ primodis reperire, & juris primum regii auctoritatem, deinde vagam sub primis consulibus libertatem, mox juris Græci sive duodecim tabularum tyrannidem, tum Collegii Pontificum oligarchiam, nec non JCtorum de jure pro lilibtu respondentium aristocratiam, & denique Justiniani legitimum imperium memorare. Expendemus saltem illa tempora, quæ post restitutionem juris Romani effluxerunt. In his primus Irnerius non Bononiæ solum, ubi ius civile publice docuit, sed per totam Italiam, quæ illa tempestate unica bonarum artium, præsertim Jurisprudentiæ sedes erat, regnum suum stabilivit, & communis omnium, qui eum secuti sunt, JCtorum pater & princeps fuit. Perstirrit & post mortem ejus auctoritas, dum discipuli ipsius, Bulgarus, Martinus, Hugo-linus eam tuerentur, qui tamen nec non eorum successores ipsi jam sibi quid arrogabant, & in capite diversarum sectarum sege erigebant. Cesserunt deinde omnes Azoni, fonti isti legum, utia Baldo vocatur, qui nominis celebritate ex toto terrarum orbe decem millia discipulorum Bononiam uno tempore attraxit, & librum suum,

suum, quem summam inscripsit, adeo æstimari fecit,
 ut diu nemo inter JCtos reciperetur, qui illa summa ca-
 teret. Breve tamen nec diuturnum ejus imperium
 fuit, quippe quod mox auditör ejus, Accursius, inva-
 sit, qui famosam illam Glossæ tyrannidem instituit, tan-
 tamque potestatem consecutus est, ut advocatorum &
 JCtorum non princeps aut Imperator, sed Deus, idolum,
 refugium diceretur. Non tulerunt vero diutius inju-
 stum hunc regni, quo Justiniano debebatur, usurpato-
 rem Alciatus, solidioris Iurisprudentiæ apud Italos, &
 Cujacius, ejusdem apud Gallos instauratores, sed de-
 turbaro Accursio Justinianum ipsum, ex quo ille plera-
 que hauserat, sufficerunt; ita tamen, ut Accusio non
 omnem laudem, quam ille profecto maximam ingenio,
 diligentia & eruditione in istis temporibus singulari me-
 ruit, denegarent. Sed successores Cujacii hac quoque
 eum defraudarunt, & errores lapsusque Accursii ita vi-
 rulento stylo suo perstrinxerunt, ut ab eo legendo, tam-
 et si adhuc hodie inter Commentatores Juris Civilis me-
 liorem non habeamus, omnes penitus deterrent. Re-
 stitutus igitur Justinianus, non tamen Monarchiam, ut
 olim, sed Duumvirarum saltem cum Pontifice obrinuit,
 cuius quippe Jus canonicum, ante Accursium adhuc
 promulgatum, tantum interim auctoraris acquisive-
 rat, ut cum civili jure æqualiter æstimaretur. Hi duo
 conjunctis viribus Italæ fines longe excesserunt, & præ-
 ter Galliam Hispaniamque gentes etiam in se prentrio-
 nem porrectas atque inter has quoque Germanos sibi
 subjecerunt. Hic olim in summa libertate vixerant, nul-
 lius.

lius auctoritatem reveriri, sed priscas consuetudines suas simpliciter fecuti. At cum juvenes quidam ex illis novarum rerum studioſi in Italiam abiſſent, atque in istis academiis commorati jus civile canonicumque dicidissent, & secum in patriam reduxiſſent, simplicitate morum Germanicorum offensi, quos hōsetiam ab indoctioribus facile percipi posſe viderent, suam autem scientiam ſibi inutilem futuram eſſe animadverterent, obliteratis illis, leges Romanas introducere desiderarunt. Aperte tamen id primum ausi non ſunt. Sed scriptis in consuetudines patrias commentariis ineptiſſimis, & tan-
tum ex Glossa Accursii, quæ tunc adhunc vigebat, &
DD. Italis deſumtiſ, jura Germanica, dum ea illustrare
viſi ſunt, corrupeſunt & cum legiſbus Romanis conſu-
derunt, tandemque effecerant, ut hæ principaliter re-
cipereſentur, illa ſecundario & non niſi in ſubſidium vale-
rent. Et tametis ſubinde exſurgerent, qui hanc inju-
riam a majorum noſtrorum juriſbus depellere iisque
priftinam auctoritatem aſſerere conarentur, in illa ta-
men caligine & multitudine diſſentientium parume eſſe
cerunt, id faltem conſecuti ſunt, ut jura iſta ab obli-
vione vindicarentur. Quod autem illi fruſtra tenta-
runt, hoc noſtra ætate perfecerunt Herm. Conringius,
Ioannes Schilterus aliique, & consuetudines antiquas
Germanorum in eum locum, unde dejectæ fuerant re-
ſtituerunt. Ut adeo hodie jus Germanicum primum
in Jurisprudentia civili locum, alterum jus Justinia-
neum, tertium vero jus Canonicum obtineat, &, ſi
ea fortassis inter ſe collidan-ſunt, posteriora duo, quæ
in

in subsidium saltet recipia sunt, cedere debeant priori.

V. Quæ quidem sententia, a celeberrimis Jctis comprobata & propugnata, hodie, in terris præsertim ad Palatinatum & Vicariatum Saxonicum pertinentibus, in communem opinionem recte abiit, & consensu plerorumque judiciorum & Collegiorum est recepta. Et, tametsi aliqui superstitioni legum Romanarum cultores ei directo contradicere forassí audeant, pauci illi sunt nulliusque nominis & auctoritatis. Astali subtiliores indirecto illam sententiam & auctoritatem jurium priscorum Germanicorum labefactare student. Concedunt illi nobis, mores Germaniae legibus Romanis, si cubi cum illis collidanur, præferendos esse. Sed negant, libros istos veteres, Speculum Saxonum, Weichbildum, Jus feudale Saxonum sufficere, ut ex iis mores consuetudinesque temporum nostrorum haurias. Consuetudinem enim facti esse ajunt, adeoque non ex scriptis, sed ex usu fori & observantia judiciorum probari debere. Igitur, si vel maxime textum ex juribus Germanorum antiquis astras, negant, eum attendendum esse, nisi simul observantia ejus & receptio demonstretur. Quam opinionem si admiras, exiguis remanebit priscorum illorum voluminum usus, imo, si rem recte perpendas, nullus. Nam præterquam, quod difficillima sit observantia probatio, & unius etiam actus vel præjudicii contrarii allegatione elidatur; superfluum omnino erit, præsca illajura ad confirmandam sententiam suam adhibere, si ipsa per se auctoritatem non habeant

habent, sed eam demum ex observantia nostrorum temporum accipient. Brevius igitur & melius feceris secundum horum hominum sententiam, si, omissis priscis juribus, statim ad observantiam provoces. Sed strenue *Magnificus Hornius in Jurispr. Feud. c. 1. §. 32.* his, qui ita statuunt, se opposuit, &c., valere jura Saxonica antiqua atque in dubio recepta præsumi, tametsi usus in specie non probeatur, breviter, sed accurare & luculententer, ostendit. Cui nuper admodum contraxit *Consultus Werlhofius in Juris Enucleati Proœm. c. 2. §. 10. lit. c.* operosse quidem, ut solet vir in antiquitatibus Germanicis & jure publico versatissimus, immetato tamen. Namque 1) certa est & indubia regula: Jus, quod semel in provincia aliqua receptum fuit, tamdiu ibi valere, donec, illud vel contraria lege vel consuetudine abrogatum doceatur. Nemo vero, nisi impudentissime omnem historiæ fidem abrogare ipso aedeo *Aurea Bulle c. 5. §. 2.* contradicere audeat, negaverit, præsca illa jura, quæ in Speculo & Jure feudal Saxonico nec non in Weichbido continentur, in omnibus iis terris, quæ adhuc hodie ad Vic. "arum Saxonicum pertinent. Saxonia videlicet superiore & inferiore, Thuringia, Marchia, Pomerania, Bohemia, Silesia, Lusatia, Holsatia &c. recepta olim & observata fuisse. Cum vero nunquam, fatente ipso Werlhofio, vel lex Imperii generalis, vel consuetudo universalis auctoritatem jurium Saxoniorum penitus sustulerit, sed ea iis quoque temporibus, quibus maxime jura Romana viguerunt, persistet, atque ita ad nos transferit; manifestum est, non illum,

Inim, qui jura ista pro se allegat, eorum observantiam docere, sed hunc potius, qui usum illorum negat, contrariam sanctionem aut consuetudinem ostendere oportere. Quod argumentum, in quo tamen præcipuum nostræ sententiae robur positum est, non attigisse Werlhofium miror. Deinde 2) tametsi non negemus, jura ista Saxonica a privato collecta neque a principe expressè confirmata legis scriptæ auctoritatem non habere; sufficit tamen nobis, quod, cum, eadem usu recepta fuissent, negari nequeat, juris non scripti, quod legem per omnia imitatur, L. 33. de LL. vicem obtineant. Neque enim in libris istis privatorum opiniones, sed antiquissimæ majorum nostrorum consuetudines continentur. Ita Repkavius in procern. Spec. Sax. Dieses Recht habe ich selber nicht erdacht. Es habens von Alters auf uns bracht Iluser gute Vorfahren. Quernadmodum ergo jus feudale Longobardicum, licet a privatis JCtis collectum, tamen ad decisionem controversiarum feudalium recte allegatur, neque peculiarem observantia probationem requirit, nescio profecto, cur id, quod in peregrino jure obtinet, in patro non debat valere. Accedit, quod in LL. Imperii subinde priscæ gentium consuetudines & antiqua jura adeoque inter hæc etiam Saxonica confirmantur, atque scriptis juribus præferantur. Ord. Crim. Caroli V. proæm. ibi: Weisen wir Churfürstern/ Fürsten und Ständen an ihren alten / wohlherigen brachten / rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichts benommen haben. Ord. Judicij Aulici Cesarei tit. i. §. Und weisen ibi: So dann zu förderst unser Römische Kaiserl. Wahl-Capitulation, Reichs-Ab-
B schiede/

schiede / Religion und Profan - Frieden / wie auch jenes Standes / Landes / Orts und Gerichts / sonderlich die gebührliche allegirte und probirte Privilegia / gute Ordnungen und Gewohnheiten / und in Mangel derselben / die Kaiserliche Rechte und rechtmäßige Observaciones und Gebräuche in acht nehmen . &c. &c. Quod autem 3. Werlbofius urget / patriis illis juribus multum vel ipsa vetustate / vel contraria observantia / vel legibus recentioribus derogatum esse / hoc nostram potius sententiam confirmat / reliquorum videlicet capitum / quæ vel consuetudine vel lege sublata doceri non possunt / usum superesse . Sola enim vetustas justolle re nequit arg. L. 27. C. de Testam. Et iniquum foret / ex quorundam capitum abrogatione sublationem totius operis arguere. L. 32. §. 6. C. de Apellat. Et quanquam fateamur / in quibusdam provinciis / e. g. Luneburgi cis / per expressam legem jus Saxonicum plane antiquatum esse / hoc tamen ad alias terras extendendum non est.

VI. Quæ cum ita sint / apparent / antiquas Saxonum consuetudines / quæ in Speculo Saxonico / Jure feudali & Weichbildo collectæ exhibentur / in iis adhuc terris / quæ ad Vicariatum Saxonicum pertinent / valere / & jurietiam civili & canonico anterferri / neque opus esse / ut is / qui easdem allegat / earum observantiam hodiernam doceat / cum illa præsumatur. Interim non possum illorum sententiæ accedere / qui nescio quo prisca sim plicitatis Germanicæ amore & in Romanos odio commoti / quicquid in legibus Justinianis reperitur / absurdum / & iniquum esse putant / contra vero jura / quæ in

in veteribus illis libris Saxonum continentur, in omnibus partibus elegantia, accurata, æquitati convenientia, atque jure Romano meliora praedicant. Cum tamen, si utrumque jus recte examines justusque existas rerum æstimator, in utroque multa bona & laude digna, multa etiam virtus & defectus deprehendas. Invenies profecto non solum inter antiquissimas Germanorum consuetudines, quas Tacitus de Moribus Germanorum recenset, sed & inter recentiores, quæ in Speculo Saxonico &c. exhibentur, multa, seculo illo rudi & incondito digna, & quæ tanquam irrationalia merito apud nos usum non habent. Reperies contra multa in legibus Romanis sapientissime introducta, quæ ad jura nostra patria emendanda & supplenda recte adhibentur.

VII. Quod ut eo clarius appareat, collationem juris Saxonici antiqui cum jure Justinianeo instituemus, potissimas, quæ inter utrumque intercedunt, differentias breviter indicabimus, & in quibus capitibus alterum alteri præferri debeat, ostendemus. Rem omnem duobus capitibus completemur, in quorum primo virtutia, defectus & errores priscarum Saxoniarum consuetudinum enarrabimus, &, quid contra a Romanis justus meliusque statutum sit, annexemus; in altero viceversa nœvos legum Justinianearum & æquitatem prisci juris Saxonici exponemus.

IX. Primus Jurisprudentiae veteris Saxonicae defectus est, quod illa non legibus certis & promulgatis, sed saltē moribus & consuetudine constet. Tamen si

enim aliqui sint, qui remp. quæ sine legibus, solis consuetudinibus gubernatur, longe feliciorem existimant, verius tamen est contrarium; mores videlicet sine jure scripto ad bene regendam civitatem non sufficere. Namque 1.) jus non scriptum seu consuetudinarium nimis est: incertum ac varium, cum solius populi, quo nihil est mutabilius, consensu & arbitrio nitatur. Ut proinde in istis rebus p. in quibus ex moribus judicandum est, diversas saepe & contrarias consuetudines reperias, &c. quam in præsens sequi debeas, ignores. Vide L. 2. §. 3. de O. I. ibi: *incerto magis jure & consuetudine, quam per latam legem.* Quam incertitudinem etiam experti sunt maiores nostri, Saxones antiqui. Nam & apud illos multi diversas & contrarias consuetudines observabant, *Spec. Sax. l. 3. a. 64.* Der Gegend ist auch genug binnen deur Herzogthum und Lande zu Sachsen / die sonderliche Rechte haben wollen; & art. 42. ibi: Last euch nicht wundern / das diß Buch so wenig sagt von der Dienst-Leut Recht. Denn es ist also manigfalt / das niemand sein zum Ende kommen kan und mag. Dann unter jeglichen Bischoffen und Aebten und Aebtissyn haben die Dienst-Leute sonderliche Recht/ und darum kan ich hie das alles nicht entscheiden / & art. 79. ibi: nach ihren sonderlichen Dorff-Recht. Vnde Imperator quoque l. 3. a. 33. in judicando singulorum locorum consuetudines attendere jubetur. Deinde 2.) jus consuetudinarium est nimis angustum, &c. cum plerumque memoria saltem hominum contineatur, omnes diversos, qui in rep. eveniunt, casus complecti & decidere nequit.

nequit. Igitur occasionem aperit frequentibus litigiis, disputationibus, fraudibus & inquis s̄epe interpretationibus atque arbitriis judicum. Contra leges scriptæ, ut recte ajunt Romani adolescentes apud *Livium* l. 2. c. 3. res surda & inexorabilis sunt, neque si in iis ferendis necessaria requisita obseruantur, affectibus facile aut inquis explicationibus & detorsionibus locum faciunt. Tum 3.) leges, siquidem a justo legislatore proficiscuntur, semper bonæ & æquæ sunt. Inter consuetudines vero nunquam non alias reperias, quæ non cum æquitate vel ratione certent. Sæpius illæ omni ratione & fundamento destituntur *L. 20. de LL.* Exemplum iterum præbent Germani. Quorum mores dum recentet *Tacitus*, multos referunt pessimos & iniquissimos, e. g. de servis per iracundiam impune occidentis *cap. 23. de ludorum licentia & jure* c. 24. &c. Et in specie de *Saxoniis nostris Glossator ad Spec. Sax. l. 3. a. 21 n. 9.* Der Sachsen Gewohnheit/was dīg Stück anlangt/ ist seither abgelegt. Denn als sie sich zum Glauben bekehren/ und das Land besetzten/ da ließen sie allerley böse Gewohnheiten fahren/ welche wider Gott waren. Porro 4.) jus consuetudinarium sine legibus scriptis non sufficit ad homines in officio continendos. Id quod illi ipsi, qui a nobis dissentunt, inter quos *Berneggerus ad Taciti Germ. q. 112. & 113.* fatentur. Ajunt enim, rem publicam malis moribus infestam emendari aliter commode non posse, nisi per scriptas leges. Ex quo non solum illud consequitur; legem longe archus vinculum coercendorum civium esse, quam consuetudi-

nem; sed &c, cum, ut supra ostendimus, nulla sit ci-
vitas, quæcum bonis moribus non etiam improbos fo-
veat, nullam quoque rempublicam legibus scriptis ca-
rere aut saltem feliciter sine iis administrari posse.

IX. Clarius hoc apparebit, si ex historiis exempla
earum civitatum, quæ jure saltem consuetudinario usæ
sunt, cum istis rebus publicis, quibus leges latæ fue-
runt, conferamus. Has enim longe meliores fuisse,
videbimus. Prodeant primum in medium Germani
nostræ, qui, quamdiu jure scripto caruerunt, inconditi,
ferociæ, inhumani, turbulenti & impii fuerunt. An-
tiquissimis certe temporibus Germanos non juberi, non
regi, sed cuncta ex libidine agere. Tutor Batavus apud
Tacitum Hist. l. 4. c. 76. & Pomponius Mela, eos jus omne
in viribus habere, testantur. Et agreste illud vivendi
genus, barbari mores, inaudita fæxitia, ignorantia
supina, odium bonarum literarum, turpis inertia &
desidia, perpetuæ compunctiones &c. quæ apud eundem
Tacitum in libello *de Moribus Germanorum* describuntur,
tantum milii erga istud seculum horrorem incutunt,
ut mirer etiam, reperiri superstitiones quosdam anti-
quitatis æstimatorum, qui hanc majorum nostrorum, ut
ajunt, simplicitatem ament, laudent & eorum ætatem
non solum nostræ præferant, sed & cum aureo illo se-
culo, quod & ipsum tamén, ut ab Ovidio aliisque descri-
bitur, hoc præsentie ferreo longe deterius est, compo-
nunt. Sed non opus est, ad illa antiqua nimis tem-
pora recurrere. Consideremus saltem Germaniæ sta-
tum post Caroli Magni obitum. Innumeræ illas cala-
mitates,

mitates, bella, dissipationes, larcinias, mutationes sustinuerunt
 quamdiu singularum provinciarum & Imperii totius negotia,
 electiones, judicia &c. ex usu & observantia, non ex
 legibus scriptis administrabantur. Neque mutuae illae injuriæ,
 continuæ incursiones & pericula cessarunt prius, quæ
 cunctæ etiam medicinæ a Rudolpho Habsburgico aliisque
 strenuis & prudentibus Imperatoribus afferrentur, quam
 Carolus IV. condita *Aurea Bulla* modum eligendi præscriberet,
 mox Maximilianus I. pacis publicæ leges promulgaret, & ju-
 dicium Cameræ institueret. Tunc, quæ tumultuarie olim
 & nunquam non sanguinolenta ex usu & consuetudine fuerat,
 electio Imperatoris, pacifica esse cepit; & privati omnes antea
 continua injuriis & prædationibus de more expositi lege ista
 publica securi redditii fuerunt. Idem Romanorum fatum fuit.
 Floruerunt illi mirifice sub regibus, cum scriptis eorum le-
 gibus uterentur, *Eborac. l. t. c. 8.* *Dion. Hal. Antiq. Roman. l. 5.*
 adeo ut Bratus, qui Tarquidium superbum exegit, si liber-
 tatis inimicorum cupidine, priorum regum alicui regnum ex-
 torsisset, pessimo publico id facturus fuisse. *Livius l. 2. c. 1.*
 Sed, ejusdem regibus, omnes horum leges exoleverunt, cepit
 que populus Romanus incerto magis jure & consuetudine ali-
 quam per latam legem; idque per multos annos passus est.
L. 2. §. 3. de O. I. Quo tempore quot seditiones exortæ, qui-
 bus injuriis plebs a patribus, & patres a plebe affecti fuerint,
 nemo ignorat, donec, apportatis ex Græcia legibus, publi-
 ceque in 12. tabulis propositis, pristina tranquillitas aliquan-
 tum restitueretur. Taceo exemplum Eboracorum, quo-
 rum perfectissimam & ab ipso Deo institutam rempublicam
 scriptæ statim ab initio leges munierunt. Nihil dicam de
 Græcis civitatibus, ex quibus præcipue Athenæ & Sparta
 ad illud fastigium non nisi per Solonis & Lycurgi leges eve-
 sta sunt. Vbi miror, illos, qui contrariam nostræsententiam
 defendunt, ad Spartanorum exemplum provocare, eosque
 mori-

moribus saltē & consuetudine a Lycurgo ejusque successoribus bene feliciterque gubernatos fuisse, putare. Habuerunt utique leges, non tamen scripto comprehensas, sed quas memorie mandare necesse erat. Vide Plutarchum *Lycurgo*, Xenophontem de *Republica Lacedemoniorum*, *Iustinium l. 3. c. 2.* ibi: *Non habentibus Spartaniis leges instituit.* Ex quibus auctoriis explicandus est §. 10. I. de *Lur. nat. gent. & civ.*

X. Alter juris Saxonici antiqui defectus est, quod illius libri ab uno homine eodemque privato fuerunt compositi. Speculi quidem Saxonici auctor est Eck a Repkau, Weichbildi vero & Juris feudalis collectores ignorantur. Vmbraticos tamen homines & pinguiore ingenio praeditos fuisse, & ipsi in præfat. passimque fatentur, & scripta illorum demonstrant. Vide *Corringium de Origine Juris Germ. & Gryphiandrum de Weichbildis Saxonici*. Igitur absurdā multa compilationibus suis interserunt, & privatās opiniones suas sāpe ridiculas & falsas infarciant. De Weichbildi auctore res manifesta est, & vel ex primo statim capitulo appetet. Quid enim feedius & stolidius excogitari potest, quam, quod ille jus omne indivinum, municipale & provinciale dividit, quod jus Pontificium juri divino accenset, quod dictum istud discipulorum *Luca XXII. 38*: *Ecce duo gladii; Christo tribuit, quod ex eo duplex summum imperium, Imperatoris & Pontificis, deducit, quod originem potestatis secularis sive Cæsareæ ad S. Joannem, Canonice ad Petrum referit, quod jus provinciale de jure gentium, uti vulgo sed male dicitur, explicat, quod hoc tempore Alexandri M. cepisse autumat &c.* Repkavius, qui *Speculum* composuit, tametsi circumscriptio aliquantulum & prudentior sit, labitur tamen sāpius, & judicia sua pārum firma atque opiniones absonas libro, qui iura totius reipublice tractare debebat, immiscet. Specimini loco sint ea, quae in *l. 3. a 24.* de origine & iniqua conditione servorum hominumque proprietorum differit, quam & juri

juri naturae & divino positivo repugnare & vi injusta introductam fuisse, atque per impiam & irrationabilem consuetudinem hodie servari, argumentis frivolis admodum, & quæ nostra refutatione non indigent, ostendit. Non melior est ratio, qua in l. 2. 4. 6. ex potestate, quam Deus homini *Genes. I. 26. 28.* in feras bestias, pisces & volucres dedit, colligit, neminem propter ejusmodi animalium læsionem vel ablationem pena corporis afflictiva affici posse. Cujus argumentum levitatem agnovit etiam *Glossator Germanicus ad d. art.* atque Repkavio distinctione adhuc inceptione succurrere conatus est. Illa quoque opinio, quæ in l. 1. art. 3. continetur de septem mundi æstatibus, quarum singulæ mille annis constent, non communis totius Saxonæ est, sed a Repkavio, qui se illam ex Origine hausisse dicit, proficiscitur. Cui etiam ridiculam illam gradum consanguinitatis computationem, quæ in *codem art. 3.* a partibus corporis humani, capite collo, scapula, cubito, articulis & ungue medii digiti desumitur, debemus; quæ ineptias Pontificis Romani, prohibitionem conjugii in quarto gradu a quatuor humoribus corporis humani five elementis deducentis c. 8.X. de *Consangvinitate*, longe superat. Plura superercent imperitiae hujus & stoliditatis, aut, si mavis, simplicitatis exempla, sed quæ infra occurrent, & quibus in præfens inhærere, tardiosum est. Quanto melius igitur cura conficiendi libros juris Romani a Justiniano pluribus iisque non privatis, sed in publicis muniberibus constitutis, atque eo tempore eruditissimis commissa est, qui non suæ singuli sententias, sed quæ ex JCTis optimis desumptæ ab omniaibus probarentur, inseruerunt?

XI. Tertium, quod in jure prisco Saxonum reprehendendum occurrit, est historiarum ignorantia, & qui ex illa profiscuntur, fœdissimi contra omnem monumentorum fidem errores. Ex quibus potissimos nunc saltem enarrabimus, non tamen conaumeratis iis, qui a *Glossatoribus* com-

C

mit-

mittuntur; de quibus ita *Conring. de Origine Juris Germ. c. 29.*
Althus., inquit, *sunt fabulae in ipso jure Weichbildico & Saxonico;*
plures in Glossa Speculi; at *nusquam putidiora mendacia reperiatis,*
quam in Glossa Weichbildica. Excusari tamen fortassis possent,
quae de aliarum gentium origine & rebus gestis parum accurate
referuntur, e.g. quod Nimrothus primus jus municipale considerit, *Weichb. a. 6.* quamvis, quod ibidem additur;
ipsius vocis Germanicæ, Weichbild, originem ad Nimrothi
tempora referri aca palatiis, denen Weichhäusern, a Nimrotho
Babylonice extructis, descendere; & puero indignum videatur;
quod Græcæ Monarchie ab Alexandro M. condita se-
des Constantinopolis fuerit, quod Imperium Romanum a
Divo Petro, totius orbis Christiani capite, sit institutum, quod
Romani per longum tempus sine jure & judiciis in effreni li-
centia vixerint, quod Romani & Athenienses primi morem
fedus pacemque stipulata manu faciendo (Hand Frieden)
introduxerint, Weichbild. a. 7. quod Judæi privilegia sua & secu-
ritatem, qua adhuc hodie fruuntur a Fl. Vespasiano per Jose-
*phum, qui Titum filium ejus a lépra sanaverit, impetrav-
rint. Spec. l.3. a. 7. quod Constantinus Imperator Sylvestro*
Pontifici facultatem dederit, mulctam 60. solidorum, Schil-
linge, a maleficiis exigendi. Spec. l.3. a. 63.

XII. Hæc omnia quippe peregrina & Germanis vix sua-
rum rerum illo tempore curiosis incognita impune iis remit-
temus. Illa vero incuria, quam in enarrandis rebus patriam
nostram respicientibus, origine videlicet gentis Saxonice, fa-
ctis ejus celebrioribus, jurium legumque primordiis commit-
tunt, æquo animo ferri non potest. De qua sic *Albertus*
Cranzius in prefat. Saxon. Gentis Saxonum primordia & originem,
q. quas purant, antiquitates apud nosistros relegentem pudor occupat
& confuso faciet. Ita puerilibus fabulis & anilibus deliramentis
omnia scatenat, ut nihil in his sibi confest. Et tametsi culpari in
præfata tempora literarum omnisque eruditiois expertia rejici-
cias,

cias, indignum tamen jam illo seculo erat, tam fœde errare, cum veritas restitui paulatim inciperet, & vel a vicinis disci potuisset. Neque verosimilia quidem sunt, quæ a *Rephario in l. 3. a. 44. Speculi* referuntur: Saxones videlicet ab initio in Alexandri M. exercitu militasse, Asiamque devicisse, deinde vero, mortuo duce suo, cum odiis devictarum gentium premerentur, naves concendisse, ex quibus, plerisque submersis, octodecim in Prussiam, duedecim in Rugiam, quatuor & viginti in Saxoniam appulerint, ex eaque Thuringos expulerint. Quam fabulam ex *Wistichindi l. 1. Annal.* haustam egregie refellit *Alberius Cranius*. Vèrior de Saxonum origine sententia est: Hanc gentem, quam neque *Julius Cæsar*, neque *Strabo*, neque *Tacitus*, sed primus *Ptolomeus Geographus*, qui in medio seculo II. post Christum natum vixit, memorant, originem appellationemque suam ad hoc ipsum seculum secundum referre debere; fuisse eam coloniam ex reliquis Germaniae populis compositam nomenque suum ab enormibus cultris, quos gestabant & saxas vocabant, traxisse, ab initio exiguum terram Chersoneso Cimbricæ vicinam inhabitasse, deinde vero auctam, duabus maxime expeditionibus, altera in Britaniam anno circiter 449. Hengisto duce, altera in Thuringorum provincias anno 524 suscepitis inclinuisse, & sedes, quas adhuc obtinent, successu temporis a Carolo M. diuturnis bellis fractam & Christi præceptis imbutam, tandem sub Henrico Aucepe, vero patre patriæ & gentis Saxonice amplificatore, Privilegiis ornataam, bonis moribus excultam & in urbes, Saxonibus antea incognitas, congregatam tandem ad summum glorie & felicitatis fastigium pervenisse.

XIII. Longe autem putidiora sunt, quæ auctor Weichbildi de rebus historiisque recentioribus, in quibus veritas facilius haberi poterat, e. g. de Magdeburgo ab Ottone M. condito, de ducatu Schartoviensi & Hallensi Weichbild ^{a 9.} 10. 12. commentatur, quæ omnibus illius ævi monumentis re-

ragantur. Quid ineptius etiam esse potest, quam quod Repkavius in *Proem. Speculi sui*, præter Carolum Magnum, Constantium quoque Saxonibus jura dedisse, affirmat? Taceo cetera. Accuratores profecto sunt Romani hac in parte. Quamvis etiam Pomponius in *L. 2. de O. 1.* posuerit quædam, quæ cum reliquis historiæ Romanæ scriptoribus conciliari nequeunt, minutiora tamen sunt, neque ignorantia virorum eruditissimorum, sed festinationi imputanda, ipsique veritati parum nocebunt. Quantula enim quælo sunt, quod in *d. L. 6. 2.* Tarquinus Superbus appellatur, qui Priscus vocari debebat, quod in *§. 3.* inter regifugium & confectionem *12.* tabularum viginti saltus anni intercessisse dicantur, quod in *§. 4.* decem legati in Græciam, quorum tres tantum fuerunt, missi memorentur &c. Hi profecto errores exigu nulliusque momenti acrem illam *Charonde* aliorumque, inter quos *Menagius Amans. c. 5.* est, censuram non merentur, sed ab sequo rerum arbitrio facile excusantur.

XIV. *IV*, quod in veteri jure Saxonico reprehendimus, est magna illa, quæ in toto opere cernitur, confusio. Dottrinæ, quæ ibi tractantur, neque coherent inter se, neque ad certos titulos vel capita referri possunt. Plerique articuli tria vel quatuor argumenta diverissima continent, quæ, ne summa quidem diligentia adhibita, invicem conciliaueris. Vide e. g. *Spec. Sax. l. 2. 4. 6. Wicibild. a. 17. Jus feud. a. 30. &c.* Quia in re iterum præferri debet jus Romanum, in quo licet non negaverim ordinem in disponendis Institutionibus, Pandectis & Codice meliorem fortassis & commodiorem observari potuisse; ille ipse tamen, qui adhibitus fuit, non omnino spernendus est, multique elegantem satis ejus rationem ostenderunt. Vide *Gothofredum in Appendix Corporis Iuris Civilis*. Quod frustra de jure Saxonico expeñe.

XV. Agnoverunt istum defectum aliqui DD. & cum ordinem a primis collectoribus Iuris Saxonici observatum omnino nullum esse viderent, alium substituerunt. Elabo
REVIC

ravit maxime hac iure Melchior Klingius, Doctor apud Lipsien
ses non incelebris. Is omnia ea, quæ in Speculo Saxonie
confuse continentur, ad certa capita retulit, & ista capita in
quatuor libros divisit; ita, ut primus liber de dignitatibus
& diversis judicium officiis, secundus de judicio & ordine pro-
cessuum, tertius de jure personarum & rerum, de servituti-
bus, præscriptionibus, hereditatibus, contractibus, & quæ eo
pertinent, quartus de delictis eorumque penis & processu
agerent. Prodiit illud opus post mortem Klingii anno 1577.
Sub titulo: *Das ganze Sachsische Landrecht mit Text und
Gloss, in eine richtige Ordnuung gebracht; sed paucissimos in-
venit estimatores.* Præterquam enim, quod ordo a Klingio
adhibitus multis displiceret, nihil erat, quod istam editionem
commendaret. Textum ipsum mutilaverat, & ex Speculo
saltem, non etiam reliquis juris Saxonici libris, desumserat.
Glossam ejusque ineptias fidelier admiscerat. De suo pau-
ca eaque fere nullius momenti insperserat. Igitur liber ille
facile neglectus fuit.

XVI. Majore plausu excepta est *Francisci Romani*, iridens
Lipsiensis Doctoris, opera; qui nova plane methodo usus,
jus Saxonicum antiquum ita optime explicari posse putavit,
si illa capita, in quibus id maxime a jure Romano discedit,
justo ordine proponeret. Quamobrem ex scriptis *Ludovici
Fachii*, *Benedicti Reinhardi* & *Christophori Zobeli* differentias juris
civilis & Saxonici excerptis & in quatuor partes distribuit,
quarum prima judicialia, secunda contractus aliaque ad obli-
gationes & actiones pertinentia, tertia ultimas voluntates,
donationes, successiones ab intestato, investitures feudales,
quarta penalia complectitunt. Sed in hoc etiam opere, quod
anno 1598 prodiit, multa desideratur accuratiores J.Cri. Ne-
que negari potest, auctorem fere omnem operam explicati-
onem juris Romani & allegandis legibus atque D.D. impende-
re, præcipuas vero juris Saxonici difficultates siccō, ut ajunt,
pede præterire; multas, quæ tamen vere inter jus Saxonicum

& Justinianum intercedunt, differentias omittere, alias e contra non necessarias & falsas fingere. Sic e. g. erroneum est, quod Zobelius P. 2. diff. 10. assert, liberos ex incestis nuptiis, ignorantia vel errore contractis, genitos jure Saxonico legitimos, jure Romano illegitimos esse. Vtique enim iure sunt legitimi, Spec. Sax. l. 3. a. 27. Vlpianus tit. 7. §. 4. L. 4. C. de Incestis nuptiis L. 57. §. 1. de Ritu nope. Neque melior est ejusdem Zobelii diff. 58. P. 2. ubi filium familias militem, advacatum vel doctorem, quicquid in castris, vel legendo in scholis, vel advocando laturat, hoc jure Saxonum sibi, jure Romano patri acquirere, affirms. At, jus Romanum hac in parte juri Saxonico conforme esse, ex L. ult. C. de Inoff. test. & L. 1. C. de Castrensi pec. apparet. Neque veriora sunt, que addit Zobelius, patrem castrense vel quasi castrense peculum, in loco etiam filio, administrare posse. Vide L. 2. C. de Castrensi pec. Idem Zobelius P. 4. diff. 33. pessime interpretatur Spec. Sax. l. 3. a. 31. qui eo casu, cum quis elapo post vulnerationem anno moritur, vulnerantea de homicidio conveniri posse negat. Ex eo colligit Zobelius: Jure Saxonico accusationibus pro homicidio annali tempore praescribi. Taceo ceteros ejus errores, e. g. apertas contradictiones, uti in P. 1. diff. 29. ubi Zobelius, jure Saxonico jusjurandum ad heredes transire, jure civili non; Reinhardus, jure civili illud transire, non jure Saxonico, assert. Sed sententia Zobelii vera est propter Spec. l. 3. a. 11. L. 11. §. 2. Rerum amot. L. 42. de R. 1.

XVII. Tandem Joannes Schilterus, vir de jurisprudentia nostra immortaliter meritus, in opere illo, quod *Praxis Juris Romani in foro Germanico* inscriptis, jus Saxonum antiquum & recentius secundum ordinem Pandectarum eleganter & perspicue, plerumque in fine singularum Exercitationum, proponit. Nihil potest esse accuratius. Quippe textus ipsos eleganter illustrat, inter se confert, vocabula obsoleta & hodie incognita, nec non mores antiquos ex veteribus scriptoribus pulchre exponit. Vnicum est, quod in eo etiam observat:

23

servavit & improbavit *Magnificus Bergerus* in *Diss. de Centravindicatione* §. 16. nimius videlicet erga jus Suevicum amor, quo ductus in recensendo prisco jure Svevico longe diligentior & accuratior est, quam in Saxonico, cuius præcipuus textus sœpe omittit, uti luculento exemplo ibidem probatur.

XIIX. V. quod compilatori juris Saxonici antiqui, potissimum autem Speculi, objicitur, est crimen plagi literarii. *Speculum enim Saxonum*, ut *Lambecii L. 2. de Biblioth. Cesar. c. 8. §. 825.* verbis, utar, per *Eckonem Repkavium ex Speculo Svevico mutilatum, corruptum & interpolatum fuit.* Idem sentit *Schilterus Ex. 13. §. 9. & Ex. 17. §. 12.* Qui eriam *Ex. 16. §. 33.* codicem Suevicum esse perspicuum Saxonico, magisque facere ad ejus illustrationem & juris Germanici rationem penitrandam, assent. Tametsi vero sint, qui Lambecio Schilteroque hac in parte contradicant, & *Speculum Saxonum* antiquius esse Suevico, neque illud ex hoc exscriptum fuisse, affirmant, nihil tamen roboris habent eorum argumenta, quorum potissimum desumitur ex ipsius Repkavii testimonio, qui, se librum hunc ohne Hülffe und eines andern Lehre scripsisse profiteretur. Sed ad æquum eorum, qui utrumque *Speculum* legerunt, arbitrium provoco. Hi profecto fatebuntur, ob maximam, sœpe etiam in verbis, utriusque convenientiam necesse esse, ut alteruter collector, dum librum suum scriberet, alterum ob oculos habuerit. Cum vero & *Stylus Speculi* Svevici majorem verutatem sapiat, & ea, quæ in utroque *Speculo* convenientia, in Suevico longe clarius &

& uberioris proponantur, Saxonum vero ea, quæ bene in Suevico dicta sunt, sœpe non recte assequatur, & infeliciter exprimat, magis verosimile est, Repkavium potius ex eo sua consarcinasse.

XIX. VI. juris Saxonici antiquum vitium, quod ante me etiam Schilterus Ex. 4. §. 19. lit. b. observavit, est confusio juris patrii cum jure Romano. Multis enim, ut Schilterus d. l. ait, *Speculi Saxonici articuli non priscis Saxonum legibus aut moribus, sed ex jure civili Romano recente insaurato sunt desunti*. Negandum videlicet non est, illo iam tempore, quo Repkavius floruit, seculo nempe 13, jus Iustinianum non quidem plena auctoritate in fora & judicia Germanica introductum fuisse, sed tamen Germanis ob vicinam Italiam & multitudinem Doctorum, qui ex terra ista adsciti judices & consiliarii Cæsarum creabantur, innotescere & estimari cepisse. Repkavius ergo noster, qui etiam, nescio quo fato, principia juris Romani didicerat, eadem, cum ipsis placuisse, juribus patriis inferere & interdum etiam præferre non dubitavit. Hunc referto, quod in Spec. l. 2. art. 63. morem Saxonum, quo feminæ neque in alienis neque in propriis causis sine curatore in judiciis admittuntur, a Carfania, sive, ut corrupte eam appellat, Calphurnia derivat, quæ secundum L. l. §. 5. de Postulando inverecunde postulans & magistratum inquietans causam dedit edicto, quod mulieres a postulando arcet. Vbi obiter noto imperitiam *Interpretis Latini*, qui Germanicum Econis textum in Latinam lingvam translavit, & cum historiam illam de Carfania ex jure Romano

mano hauftam esse & coram prætore accidisse, (vjde *Va-*
ler. Max. l. 8. c. 3. n. 2.) ignoraret, eam ex Annali quodam
Germanico desumptam & coram Rege contigisse, in-
epte creditit.

XX. Illud quoque ex jure Romano, §. 2. l. de Curæ-
toribus hauftum viderur, quod in Spec. l. i. art. 42. cura-
tor minoribus volentibus saltem deatur, ab iisdem autem,
si ipsi res suas administrare velint, reculari queat. Ver-
ba clarissima sunt: Vor seinen Tagen und nach seinen
Jahren mag ein Mann wol Vormunden haben / ob
er es bedarf / und mag ihr auch wohl entberen / ob er
will. Quem textrum Schilterus Ex. 37. §. 83 de majoren-
ne solo explicat, sed minus accurate. Deceptus ille
fuit codice virtiose descripto, in quo ita legebatur: Über
21. Jahr ist der Mann zu seinen Jahren kommen/
über 60. Jahr ist er zu seinen Tagen kommen. Vera
aurem lectio, quam etiam accuratissima Christophori Zo-
belii editio sequitur, hæc est: Über 21. Jahr ist der
Mann zu seinen Tagen kommen; über 60. Jahr ist
er über seine Tage kommen. Videlicet jure nostro Sa-
xonico pupillus, qui annum 14. nondum complevit,
dicitur esse binnen seinen Jahren & appellatur ein
Kind/ Spec. l. i. art. 25. simulac vero annum 14. supera-
vit, vocator ein Mann/ und dann ist er zu seinen Jah-
ren kommen/ er hat sich bejahret secundum Spec. l. 2.
art. 58. er ist aber amyoch vor seine Tage. Nam anno
demum 21. dicitur quis zu seinen Tagen gekommen zu
seyn. Qua de re nemo dubabit, qui *Juris feud. Sax.*
c. 26. accuratius considerat. Igitur Repkavius in d. textu
D utique e

utique loquitur de minore, qui videlicet intra annos 14.
& 11. adhuc est constitutus. Sed falsum est, moribus
Germanorum & Saxonum mitorem curatore carere
potuisse. Nam & Carolus M. ipse juris Sax. instaura-
tor, publico edicto, ut minor necessario curatorem ac-
ciperet, sancivit Spec. Svecicum c. 63. & 97. §. 2. & histo-
ria priscorum temporum, edictum hoc fuisse observa-
tum, ostendit. Nam Henricus IV. Imperator ex gen-
te Saxonica, tametsi annum ætatis 15. jam attigis-
set, & ab Hannonis, Archi-Episopi Colonensis, cura
& inspectione liberari vellet, non tamen ante liberatus
fuit, quam Ordines Imperii in Comitiis Goslariensibus,
odio erga Hannonem ducti, eundem communi con-
senstu cogerent, ut, deposita tutela, Imperatoe gladium
anno 1066. accingeret, eumque majorem declararet. Vi-
de Hermannum Contractum ad b. annum & Ottoneum Fri-
sing. l. 6. Chron. Et anno 1398. Wenceslaus Imp. Otto-
ni Brunsvicensi veniam ætaris concessit his verbis: Wir
haben den Hochgebohrnen Otten/Herzogen zu Brau-
nschweig/ unserm lieben Oheimen und Fürsten die Jah-
re gegeben/ also/ daß er mündig seyn/ und sein
Herzogthum und Lande selbst verwesen/ ihm selber
Räthe kiesen und Helfer nehmen soll und mag. Vide
Braunschweig Historische Händel Part. 1. sect. 2. c. 1.
Quod utique necessarium non fuisset, si jure Saxonico,
in terris etiam Brunsvicensibus recepto, minori curato-
rem recusare licuisset. Indubium iraque est, illum ar-
ticulum ex legibus Romanis fuisse desuntum. Quare
rectissime hodie ab eo discessum & genuinum jus Ger-
mani-

manicum in foris nostris receptum est, ita, ut minor res inviti quoque accipient curatores.

XXI. Ejusdem farinæ est articulus 56 l. 2. Spec. qui de insula inflamine publico nora agit, eamque accolis attribuit. Exscriptum eum esse ex §. 22 l. de R. D. manifestum est. Nam moribus Germaniæ, quos etiam recta ratio approbat, insula in flumine nata non ad privatos, quorum flumen non est, spec. l. 2. a. 28. sed ad principem, qui ipsius fluminis dominus est, (vide constitutionem Friderici Imp. 2. F. 56.) pertinet, Schilter Ex. 4. §. 19. Carpzovius ipse iniquitatem hujus dispositionis agnoscit, &c., tametsi in insulis natis eandem valere debere existines, principem tamen insulas adhuc nascituras optimo jure sibi assignare posse, fatur P. 3. C. 31. def. 13. Sed Elector Saxonie Augustus, neglecto hoc temperamento, insulas netas & a privatis jam occupatas sibi vindicat: in Rescripto ad Quasforem Vitemberensem d. 7. Dec. anno 1563. ibi: Uns gelanget an/ daß sich etliche der angelegten Heger und Werder in dem Elbstrohm/ so umflossen/ vor ihrem Eigenthum unterzogen; welche billig unsern Aemtern jedes Ortes gehören sollen. Weil wir denn auf und in dem Elbstrohm/ so weit sich unser Fürstenthum erstrecket/ niemand's Gerichtbar; oder andere Gerechtigkeit/ welcher halben sie sich der Heger unterziehen mögten/ geständig; So hätte dir gebühret/ daß du alle Heger und Werder in Elbstrohm/ so umflossen/ in unser Amt gezogen. Befehlen dir derowegen/ du wollest solches nochmahl's thun. Ex eodem fundamento JCri Vitembergen-

D 2

bergen-

bergenses neglectis jure Romano & texu Repkavii,
secundum vera juris Germanici principia denen Graßt.
Barbyschen Canzler und Räthen anno 1638 respon-
deront: insulam in flumine duorum principum terri-
toria interfluente natam non fieri communem, sed ei
soli, qui jurisdictionem in flumine habet, acquiri: Wenn
nun gleich die Erzstiftische Magdeburgische Güter sol-
cher Insul oder Heger gegen über gelegen/ und nach ge-
meinen alten Känsen Rechte dieselbe nach Breite des
Ufers den Eigenthumb Herrn zuständig zu seyn schen-
nen möchte. Dennoch aber und dieweil der Flusß die
Erzstiftischen und Barbyschen Güter scheidet/ und
aber gleichwohl noch in das Barbysche territorium ge-
hörig die Hn. Grafen zu Barby auch darauf so weit
die Graffschafft sich erstrecket/ die Hoheit und Jurisdi-
ction haben/ so erscheinet daher/ daß mehr gemeldte
Insul denen Hn. Grafen zuständig.

XXII. Magnus quoque VII. juris Saxonici antiqui
nævus est, quod, cum de privatorum jure agere de-
beat, multa tamen ex jure publico de electione, officio,
potestate &c. Imperatoris immisceat. Pleraque vero
inepta, falsa & ridicula sunt, in quibus recensendis & re-
sellendis operam non consumam. Illud enim certum
est, ea nec hodie valere, neque unquam in Germania
valuisse. Vide *Carpzonium de Lege Regia p. 5. sect. 5. n. 35.*
& sect. 10. n. 16, 17. Huc pertinet, quod Ponitisci jus ex-
communicandi Imperatorem tribuitur, quod Regi Bo-
hemæ facultas eligendi Cæsarem in *Spec. l. 3. a. 57.* de-
negatur, quam tamen *Goldastus de Regn. Bohem.* l. 3. c. 6.

illl

illi jam sec. II competuisse afferit, quod Imperatori delinquenti caput alia aurea, mit einer gilden Parten amputetur *Weichbita.* a. 8 &c. Melius & accuratius *J. Cei Romani* ius publicum & priyatrum invicem distinguunt. *L. I. § 2. de I. & I.* atque se in libris suis non de illo, sed de hoc salem agere, profrentur *§. 4. I. de I. & I.*

XXIII. In eo quoque IX. jus Saxonum deterius est jure Romano, quod multa, de quibus hoc accurate disponit, & quæ frequenter in vita humana & judiciis occurunt, plane omittat, adeoque ad casus quotidie obvenientes decidendos non sufficiat. Nihil frequenter est inter homines quam contractus, maxime emtiones venditiones, de quibus tamen vel plane non, vel ita jejune in jure nostro Saxonico agitur, ut, quid ab utroque contrahentium præstari debeat, non appareat. De servitutibus, de adoptionibus, de concursu creditorum, de hypothecis alcum plane ibidem est silentium. Jura testamentorum & dispositionum mortis causa non solum non exponit, sed & prohibet jus Saxonum *Spec. l. I. a. 52. Weichb.* art. 65. inique profecto. Ipse enim æquitas, jus naturæ & consensus plerarumque gentium ultimas hominum de rebus & patrimonio suis voluntates ratas esse jubent. Quapropter rectissime mores nostri hac etiam in parte a jure Saxonico prisco recesserunt, & doctrinam de testamentis ex jure Romano defumtam receperunt. Neque est, quod cum *Versteegento J. Cei Batavo Obs. 5. de Transact. aliisque recentioribus* quibusdam existimes, testamentarias dispositiones, cum iuri Germanico contrariantur, non favore sed odio

Dignas adeoque strictissime interpretandas, & in dubio potius pro herede ab intestato, quam pro herede scripto, pronunciandum esse. Respondemus enim, 1.) leges Romanas, dum testamentorum usum permittunt, non esse exorbitantes, ut illi putant, sed jus Germanicum verus potius, quod liberam hominibus dispositionem adimit, exorbitans & odiosum esse 2.) materiam testamentariam ex jure Romano plene, & cum favore etiam suo, receptum esse. Igitur regula illa juris Romani: *In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur L. 12 de R. I.* etiam recepta est, & quotidie in pronunciando & judicando observatur.

XXIV. Illud quoquo IX. ipsi Electori iniquum visum est, quod jus antiquum Saxonicum contra naturalem rationem legisque Romanas, quæ domini voluntatem, rem suam in alium transferre volentis, ratam habere jubent §. 41. *I. de R. D.* bonorum immobilium alienationem, oppignorationem, ususfructus sconcessionem sine heredum ab intestato consensu factam rescindat. Vide Spec. l. i. a. 21. & 52. Wenzb. a 61 & 65. (Quod tamen eo casu alienationem permittit, cum bona ab alienante ex operis suis fuerunt acquisita.) Imo nec alienatio quidem rerum mobilium jure Saxonico sine heredum consensu concessa erat, si alienans infirmus, senex decrepitus aut morbo aff. &c. erat. Spec. l. i. art. 52. Alle fahrende Habe gibt der Mann wol ohne Laub der Erben in allen Städten und an allen Orten/ und läßter und verlehet sein Gut/ allein/ daß er sich also vermög/ daß er begurt mit einem Schwerdt/ und

und mit einem Schild auf ein Ross kommen mög/
von einem Stein und Stock einer Daumellen hoch/
ohne Hülff/ also doch/ daß man ihm das Ross und
den Stegreiff hält. Wan er das nicht thun mag/
so mag er sein Gut weder vergeben/ noch verlassen/
noch geleihen/ dadurch ers iemand entfreunde/ der es
wartend wäre nach seinem Tode. Sed usus fori & Ele-
ctor Saxoniæ aliquot constitutionibus, præserit C. EL
12. & 31. P. 2. iniquitatem hanc correxerunt, & disposi-
tionem prisci juris Saxonici tot limitibus circumscripte-
runt, ut vse eius ex majore parte enervara, & plena
disponendi alienandique libertas dominis fere sit resti-
tuta. Namque 1.) mobilia ægrotis etiam & senibus de-
crepitis pro lubitu alienare licet, & nunquam in illis
heredum consensus requiritur. 2.) in immobilibus pro-
hibitio alienationis restringitur solum ad bona avita,
quæ videlicet ab avo vel proavo alienatoris sunt profec-
ta, adeo, ut unusquisque bona, quæ ex paterna vel
materna hereditate aut aliunde accepit, libere alienare
queat 3.) bona avita non intelliguntur, quæ licet ab
avo vel majoribus profecta sunt, præsens tamen pos-
sessor titulo emtionis e. g. a fratre suo acquisivit. 4.)
per alienationem intelligitur donatio simplex inter vi-
vos. Venditione igitur, permutatione, testamento,
donatione mortis causa, donatione rei uneratoria bo-
na avita libere in alium transferuntur. 5.) in donatio-
ne bonorum avitorum non omnium heredum, sed de-
scendentium saltem, consensus requiritur. Fratres ita-
que & parentes libere prætereuntur. 6.) libera etiam

est

est donatio honorum avitorum, si illa non extraneo; sed uni ex descendenteribus fieri. 7.) donatio honorum avitorum in extraneos quoque facta convalescit, nisi intra annum & diem revocetur a liberis 8) revocatio haec fieri non potest, si praeter traditionem resignatio iudicabis accedit. *Carpzov. P. 2. C. 12. def. 10.* Quas restrictiones si recte attendas, vix casus supererit, quo dispositio-
ni juris Saxonici antiqui locus relinquatur.

XXV. Reprehendimus X. in prisco jure Saxonico ridiculam ordinem & absurdam solennia processuum. De iudicio feudali res manifesta est ex *Lehn-Rechte c. 65.* & 68. ubi tot solennes ritus & formulæ litigantibus prescribuntur, quæ neque utilitatem aliquam præstant, neque sine gravi incommmodo observari possunt. Excerptis singularia ista processus feudalis Saxonici *Berolich. P. 1. Concl. 62.* & *Benedictus Reinhard im kurzen Be- denken* / Welcher Maßen nach Verordnung Sächs. Lehn Rechte und Gebrauch dieser Land-Art ein Mann-Lehn-Gerichte mag gehéget / bestellt und gehalten werden. Atque ea, si *Schrader de Feud. P. 10. sect. 8.* n. 35. 199. credimus, adeo sunt necessaria, ut pro forma substantiali & essentiali processus reputentur, ac, omisso uno, ratus processus nullus sit. Sed nimis captiosa & superflua vita fuerunt Electori Saxonici requisita illa juris Saxonici solennia circa constitutionem & processum judicij feudalis. Quare, si abrogatis, in provinciis Electoratus sui formam processuum communem in causis feudalibus observari jussit. *C. El. 27. P. 1.* Illi quoque ritus non necessarii, quos in processu civili jus
Saxo-

Saxonicum præscribit, diu per contrariam observantiam sunt abrogati. Huc pertinet singularis vestitus, quo judices in judicando uti debent Spec. l. 3. a. 69. Da sollen weder Richter noch Schöppen Kappen anhaben/ noch Hüte/ noch Hauben/ noch Handschuh. Die Mäntel sollen sie auf den Achseln haben/ ohne Waffen sollen sie auch seyn: absurdus ritus contumaciam non comparentis accusandi Spec. l. 1. a. 63. Der Kläger soll aufstehen/ und sich zum Kampf bieten/ und schlag dann zweien Schläge an seinen Schild/ und thu einen Stich gegen der Sonnen. Damit hat er jenen überwunden solcher Klagen scilicet solennia rei vindicationis, quæ in equo vindicando sunt necessaria Weicbb. a. 133. er soll mit seinen rechten Fuß dem Pferd forne auf seinen linken Fuß treten, und soll mit der linken Hand greissen dem Pferd an sein recht Ohr scilicet circumductio actoris in rei vindicatione ad autores; a quibus reus, se rem accepisse, dicit Spec. l. 2. a. 36. Weschbb. a. 130. conversio mulctæ a rusticis solvendæ in compositiones Spec. l. 3. a. 64. ibi: und das ist denn der Gemeinde zu verdrincken. En egregium vinolentiae majorum nostrorum, quam Tacitus jam de Mor. Germ. c. 22. & 23. memorat, monumentum.

XXVI. His superfluis solennitatibus anneximus XI. aucupium formularum. Jure Romano notum est, solennes formulas, quæ legis actiones vocabantur, in quibus si quis aberraret, causa cadebat, a Constantio Imp. penitus sublatas fuisse L. i. C. de Formulis & impetrat. At prisci Saxones majorem etiam tyrannidem solen-

nium verborum & formularum, quam Collegium Pontificium apud Romanos, instituerunt. De judicio feudali jam §. præc. ex Schradero observavimus, nullum illud fuisse, si quis in præscriptis formulis veniam pretendi, contumaciam accusandi &c. aberrasset. De formulis, quæ in vindicatione & contravindicatione necessario adhiberidebant, nihil dicam, quippe quas satis accurate excerpit & illustravit *Magnif. Berger* in *Diss. de Contravindicatione* §. 17. seqq. De iis verbis ac formulis, quibus is, qui alterum de vulneratione aut violatione accusabat, uti necessum habebat, vide *Spec. l. 1. a. 63*; ubi additur: *Verschweigt er der eins/ so hat er den Kampff verloren.* Imo tantus erat hac in parte Saxonum rigor, ut, si quis etiam per errorem quid in judicio dixisset aut a formula aberrasset, errorem hunc corrigerere non posset, sed exinde obligaretur. Clara sunt verba *Spec. l. 1. a. 60.* *Ohne Versprechen mag ein Mann wohl klagen und antworten/ ob er sich des Schadens erwegen will/ der ihm davon kommen mag/ als ob er sich verspreche/ daß er sich des nicht erhalten darf.* Quæ consuetudines irrationalibes & æquitati contrariae diu apud nos sunt sublatæ. Vide *L. 11. §. 10, 11, 12. de Interrogationibus.*

XXVII. Sublatæ quoque est XII. multitudine illa testium, quæ prisco jure Saxonico in probationibus requiritur, & receptum iterum jus Romanum & canonicum, quibus duo testes idonei sive omni exceptione majores plenam fidem faciunt *L. 12. de Testibus c. 4. §. 23. X. de Testibus.* Itis igitur casibus omnibus, quibus olim vel tres *Spec.*

*Spec. Sax. l. 2. a. 22. l. 3. a. 28. vel sex Spec. l. 1. a. 33. l. 2. a. 44.
vel septem, Spec. l. 1. a. 8, 64, 66. vel septuaginta duo Spec.
l. 1. a. 6. &c. necessarii erant, duo hodie sufficiunt.*

XXIX. Sublatæ etiam sunt XIII. probationes istæ violentæ, æquitati, juri divino & Romano contrariæ, quibus Saxones in causis dubiis utebantur. Variæ illæ erant: 1.) per aquam frigidam, durch ein Wasser Urzthel / cuius mentio fit in *Spec. l. 1. a. 21* & *Lehn-Recht c. 40.* Ita vero peragebatur hoc aquæ frigidæ judicium: Is, cuius causa disceptabatur, & qui aliquid asserebat, fune colligatus in aquam profluentem projiciebatur. Si verum dixerat, in imum delabebatur; si vero falsum protulerat, supernatabat. 2.) per aquam ferventem; cuius probationis mentio fit in *Spec. l. 1. art. 39.* Ejus solennitates hæ erant: Is, qui de criminè suspectus erat, adducebatur ad ahenum aqua calidissima plenum, in quod lapis projiciebatur, quem inculpatus, nudato usque ad brachium cubito, eximere jubebatur. Si illam manum reciperet, innocens declarabatur 3.) per ferrum candens; quod memoratur in *Spec. l. 1. art. 39.* & *Weicb. a. 90.* Hanc probationem in liberis hominibus, probationem vero per aquam in rusticis obtinuisse, du Fresne in *Glossario Mediae & infima Latin. voce Ferrum candens* memorat. Ita vero judicium hoc ferrari carentis, testibus *Pathymere l. 1. Hist. c. 12. Saxone Grammatico Hisb. Dan. l. 10. Alberto Stadensi ad an. 971.* peragebatur: Is, qui se ad purgationem per ferrum candens offerebat, triduano prius jejunio & oratione se parabat. Custodiebatur interim, & manui velo involutæ

sigillum apponebatur, ne eam uentis adversus ignis sensum muniret. Tum productus in medium, arrepto nuda manu ignito ferro, vel brachio carenti ferri laminae chirothecæ formam habenti cubitotenus inserto, definitum certum spatium pedibus emetiebatur. Quo facto, manus, qua ferrum gestaverat, panno involvebatur, cui diligenter adstricto sigillum etiam apponebatur, ne remedio quodam contra ustionem uteretur, Elapsis aliquot diebus, velamen publice auferebatur, & si illæsa manus esset, innocentiam suam satis probasse credebatur, 4.) per duellum. Quod probationis genus, tametsi incertissimum, uti egregio exemplo probatur in c. 2. X. de Purgatione vulgari, in illo tamen rudi seculo frequenter adhibebatur. Vide Spec. l. i. a. 18, 39, 63. l. 2. a. 12. &c. Plerumque soli litigantes pugnam inibant; interdum aliquot ex amicis consanguineisque suis assumebant, atque sic prælio quasi decernebant; saepè etiam, si propter ætatem, vel sexum, vel dignitatem clericalem ipsi pugnare non possent, alios mercede conductos in locum suum sufficiebant, qui campones, Rāmpfser appellabantur, & propterea non secus, atque apud Romanos gladiatores, vilissimi imo infames erant Weicbb. a. 129. Spec. l. i. art. 38. Poena ejus, qui succumbebat, pro criminis, de quo litigabatur, diversitate & atrocitate vel ultimum supplicium, vel membra mutilatio, vel mulcta etiam pecuniaria erat. Tantum vero huic judicio duelli tribuebant Saxones, ut illum etiam, qui plene testibus convictus erat, ad id admitterent, atque, si victor recedebat, ab intento crimine absolverent. Spec. l. i. a. 18. Dass man kein Urtheil

Urthel so recht vor Gericht bey den Sachsen finden
mag/ will es der Sachs schelten/ und zeuhet ers an
seine rechte Hand auf Kampff/ oder an die meiste
Mennig/ und ficht um das Urthel selb siebend gegen
andern siebend/ wenn die mehrer Mennig hat um
den Sieg/ der hat das Urthel behalten. Weichb. a. 85.
Kommt aber einer des Todten Freund/ wer er sey/
den Todten zu vertreten mit Kampf/ der verwirfft
all Gezeugen/ wann dieser muß dem antworten um
sein Hals. Adde Spec. l. 1. a. 64.

XXXI. Magña quoque XIII. differentia inter jus Romanum & Saxonum intercedit, quoad violentias privatas. Jure Romano unicuique interdictum est, sibi ipsi jus dicere L. 7. C. Vnde vi L. 13. Quod metus causa; pecus alienum, quod in agro meo damnum dedit, capere aut includere L. 39. §. 1. Ad L. Aquil. debitorem, qui solvendo non est, ad servientium compellere L. 12. C. de O. & A. privatos carcera habere L. 1. C. de Prisatis carceribus. At prisco iure & moribus Saxonum multæ privatæ violentiæ species permittuntur. Inter quas potissimum sunt pignorationes, quas merito reliquias bellorum privatorum inter Germanos olim usitarorum dixeris. Concedunt enim mores Saxonici domino, cui operæ & servitia vel ex praedium censitico census debentur, rusticos immorigeros vel censitas morulos ad praestandum debitum, captis sine judicio auctoritate pignoribus, compellere, Spec. l. 1. a. 54. eum, qui per agros nostros vehiculum agit, Spec. l. 2. a. 27. vel, qui in praediis nostris ligna vel gramen cedit, piscatur, aliudve

damnum dat, expignorare, h. e. currum vel instrumenta illi adimere *Spec. l. 2. a. 28.* pecora aliena in prato vel agro meo pascientia includere, atque tamdiu, donec damnum resarcatur, retinere *Spec. l. 2. a. 47.* veletiam, si ferociora sint, e. g. sues, anseres, quæ capi commode nequeunt, canibus incitatis abigere, imo occidere *Spec. l. 2. a. 40.* Tametsi vero hæ pignorations multa incommoda afferant, & frequentibus litigiis, rixis, injuriis & homicidiis occasionem aperiant, negari tamen non potest, easdem etiam egregiam præstare utilitatem. Quare non immerito Elector Saxoniæ usum pignorationum privatuarum in provinciis suis retinuit, sed ita tamen restrinxit, ut pignora quidem sine judicis auctoritate capere, non tamen retinere liceat, sed eadem in locum judicij deferre oporteat. *C. El. 7, 8, 27. P. 2.*

XXX. Duplex vero est utilitas, quæ ex pignorationibus privatis renundat, 1.) quod is, cui damnum datum est, &, qui judicis opem forsan in præsens implorare nequit, hac via lædentem, qui alias impuneabiturus, vel deinde factum negaturus esset, convincere & ad satisfaciendum compellere possit, 2.) quod judicis, sub quo damnum datum, & pignoratio facta est, jurisdictione in lædantis persona, tametsi is alibi domicilium habeat, fundetur, possitque adeo iste judex magistratum lædantis compeilere, ut hunc judicio suo sistat. Ira Jcti Vitembergenes M. Jul. 1709. Senatus B. responderunt: Verlangen dieselbe zu wissen / ob sie die unter ihrer Jurisdiction Seßhaften / im Fall solche auf denen des Amtes Gerichtsbarkeit unterworffenen

enen Feldern betroffen und gepfändet werden / auf
des Amtmanns Requisition in das Amt zur Verhör
zu stellen / wider ihren Willen gehalten seyn / noch
mehrern Inhalt des Berichts und der angehängten
Rechts-Frage.

Ob nun wohl die Remissiones nur arbitrariae
seynd / und der Delinquent regulariter nicht in loco
delicti, sondern des Orts / wo er sein domicilium und
ordentlichen Richter hat / oder sonst anzutreffen / be-
langt werden muß / derselbe Judex auch ihn wider
seinen Willen ad locum delicti zu remittiren nicht schul-
dig ist /

Res. Grav. El. Sax. de anno 1661. tit. Justitien. Sa-

chen n. 45.

über dem in der Pfändung die Personen selbst nicht
angehalten werden / diese auch die Pfande / welche
etwa in einer Sichel und andern Kleinigkeiten bestre-
hen / insgemeine beim Achte unabgeldet lassen; Den-
noch aber und diewel obbesagte Regel; daß ein Rich-
ter nicht gehalten sey / den Delinquenter wider seinen
Willen auszuliefern; als denn ihren Abfall leydet/
wenn dieser über der Verbrechung erarissen und an-
gehalten wird / oder sich sonstens des Ortes dingpflich-
tig macht!

Res. Grav. d. n. 45.

und aber die Pfändung für eine Verkümmierung oder
specie arresti / durch welche des Richters Jurisdiction
kondicirt wird / wohl zu achten ist / immassen seiche
um deshalbem / damit man Rechtens wieder den Ge-
pfand

pfändeten bekomme und dieser zu Leistung der gebührenden Satisfaction könne anzuhalten werden / geschiehet /

Land-Recht l. 3. art. 20. ibi: daß er Rechtness damit bekomme /

Wie denn auch der Richter des Orts / wo die Pfändung vorgehet / ein Jus quæslitum dadurch erlanget / welches ihm durch die Partheyen nicht entzogen noch die Sache vor einem andern Gerichte gespielt werden mag /

C. El. §. P. 2.
im übrigen der Gepfändete / ohngeachtet er das Pfand unabgeldet verstehen lassen / nichts destoweniger zu Ersezung des Schadens verbunden ist /

Carpzon. P. 2. C. 28. def. 9.
So erscheinet dannenhero so viel / daß dieselbe die in des Amts-Gerichtsharkeit betroffene und gepfändete Bürger oder deren Gesinde / auf des Amtmanns Erfodern / in das Amt zur Verhör zu stellen schuldig seind. V. N. W.

XXXI. At carcer privatus, in quo creditori licet debitorem, qui solvendo non est, secundum jura Saxonica detinere, longe iniquior est. Nam & æquitati repugnat, debitorem, saepe citra dolum aut culparam suam facultatibus lapsum, libertatem, quæ pretio æstimari nequit, amittere & durum servitutis jugum subire. Et, licet etiam debitoris negligentiam aut fraudem aliquando intercessisse dicas, non decet tamen, privatius, qui læsi sunt, ultionem aut animadversionem, quæ soli magistratui in bene constitutis civitatibus comperit, commit-

committere. Igitur recte Elector noster in C. 22. P. 2.
abrogavit veterem illum morem, qui in Spec. l. 3. a. 39.
& Weichb. a. 27. recensetur, quo debitor obaeatus ad
creditoris manum addicebatur, & creditori facultas eum
compede vel fune constringendi dabatur; & in locum
ejus carcерem publicum, den Schuldthurm / substituit,
atque, ut ab eo etiam is, qui bello, naufragio
aliisve calamitatibus bona sua amisit, si casus istos for-
tuitos legitime probaverit, liberetur, voluit. Ord. Proc.
tit. 52. ibi: ob er etwa durch unversehene Falle und
ohne seine Verwahrlosung in das Verderben gerathen.

XXXII. XV. juris Saxonici antiqui nævus est fre-
quentia juramentorum. Jure civili judex, quantum
potest, impedire multitudinem & superfluam delatio-
nem jurisjurandi jubetur L. 8. pr. de Condit. instit. L. 2.
C. de Indicta viduitate. Nihil enim est, quo reveren-
tia erga Deum & auctoritas juramentorum magis evi-
lescat, quam si promiscue & in causis levissimis homi-
nes ad jurandum admittantur. Peccarunt ergo Saxo-
nes. 1.) quod in factis extrajudicialibus, tametsi ma-
nifestis, reum tamen jurare paratum admitterent, præ-
fatoque jurejurando absolverent. Spec. l. 1. a. 18. Alleß/
was ein Mann vor Gericht nicht thät / wie wissent-
lichen das sonst wäre/ desselbigen möcht er mit seiner
Unschuld (jurando) entgehen / und man möcht ihn
des nicht überzeugen. Vnde Hostiensis, forem saep
apud Saxones sinistra furtum tenere & dextra illud ab-
jurare, scribit 2.) quod utrique saep litiganti jusjuran-
dum imponerent, ubi uni pejerare necessarium erat. Spec.

F

l. 1. a. 63.

l. i. a. 63. Vor dem Richter sollen sie auch beyde angeleget
geben und schweren/ der ein / das die Schuld war sey/
da er jenen um beklagt hab/ und der ander/ daß er
unschuldig sey/ daß ihn Gott so helfſ/ 3.) quod per
ea, quæ tradit Schiltz Ex. 23. §. 31. sq. procurator in ani-
mam alterius jurare queat; id quod recte sustulit Ele-
ctor in O. Proc. tit. 18. §. ult. 4.) quod patri ac domino
liceat, filii, servi vel hominis proprii de crimine accu-
satii innocentiam juramento probare. Spec. l. 2. a. 17. &
19. s.) quod fideiſſor ad jurandum pro debitore prin-
cipali admittatur Spec. l. 3. a. 11. 6.) quod super rebus nul-
lius momenti juramenta exigantur e. g. super avibus,
canibus &c. Spec l. 3. a. 47. Vide Lehn-Recht c. 69. ibi:
Der Mann mag auch nicht binnen Lehn-Recht ſitzen/
ohne des Herrn Verlaubnis. Mag er aber die Län-
ge nich ſtehen / er leine ſich an/ und ob ihn der darf
um schuldiget / so foll er schweren/ daßer nicht länger
geſtehen könnte. Quæ omnia cum religioni & divinæ
reverentia contrariantur, apud nos non obſervantur.

XXXIII. XVI, quod in priso jure Saxonico re-
prehendimus, est odium mulierum, quæ secundum il-
Jud deterrimæ sunt conditionis. Id quod iterum ſe-
cus est jure Romano, quo uterque ſexus paribus juri-
bus fruitur L. 4. C. de Liberis preteritis (excepis officiis
& dignitatibus, quorum feminae per ſe capaces non
ſunt. L. 9. de Statu hominum, iuncta L. 2. pr. de R. I. & L. 1.
de Senat.) imo femininus interdum ob fragilitatem ſin-
gularibus praे masculino privilegiis exornatur L. ult. C.
Qui pot. in pign. Et profecto præferendum eſt hac in
parte

parte ius civile patrio. Nam, ut recte Justinianus in
L. 4. C. de Liberis prateriis ait; qui tales differentias in-
ducunt, quasi naturæ accusatores existunt, cur non to-
tos masculos generavit. Multa vero iure Saxonico in
odium feminarum statuta sunt. Namque 1.) qui mu-
liarem lædit aut interficit, illi illiusve heredibus dimi-
dium saltem eius summae quæ in masculorum læsi-
nem aut occisionem statuta est, præstat. Ex quo ap-
parer, feminas ultra dimidium minoris æstimari, quam
mares. *Spec. l. 3. a. 45.* Jegliches Weib hat ihres Mannes halbe Buß und Wehr-Geld. Ein jegliche Magd und unbemahnet Weib hat halbe Buß/ nachdem als sie gebohren ist. Deinde 2.) vidua, mortuo marito, eius iura & dignitatem, qua inito matrimonio adepta erat, amittit. *Spec. l. 3. a. 45.* Nach seinem Tode ist sie ledig von allen seinen Rechten und Ehren. Denn sie behält wieder ihren Stand und Recht/ das sie angebohren was/ ehe sie den Mann nahm. At ius Romanum, quod contrarium in *L. 8. de Senat.* & *L. 22. § 1.*
ad munic. disponit, in iudiciis nostris ob æquitatem re-
ceprum est. Tum 3.) maxima ratione successionis he-
reditariae inter mares & feminas inæqualitas interce-
dit, ut sæpe hæ ab illis in pari gradu existentibus exclu-
dantur. Sic enim in successione liberorum pater ma-
tri præfetur *Spec. l. 1. a. 18.* Sed & hoc casu contraria
iuris civilis dispositio in *L. 7. §. 1. & Autb. Defuncto C. Ad*
SC. Tertull. hodie observatur *C. El. 17. P. 3.* Quæ etiam in omnibus iis casibus, quibus iure Saxonico feminæ masculis *Spec. l. 1. a. 5.* & cognati agnatis, die Spiell-

magen denen Schwerdtimagen / in successione Spec. l.
i. a. 17, postponuntur, obtinet. Exæquata enim in suc-
cessione est masculorum seminarumque conditio no-
stris moribus, & mores majorum nostrorum ob ini-
quitatem hac in parte sunt reprobati. Denique 4.)
tametsi jus Saxonum hoc in favorem mulierum in-
troduxisse videatur, quod illæ in perpetua cura esse
debeant, attamen, ut verum fatetur, cura ista sexus
Saxonica plus odii, incommoditatis & sumitus, quam
utilitatis mulieribus conciliat. Quod ut clarius appa-
reat, usar verbis Magnifici Bergeri, qui in *Electis Discept.*
For. ad Ord. Proc. tit. 8. O. 1. n. 2: Nota inquit, inclitos Ordines
Elect. Sax. in comitiis, anno 1699. institutis, consilium inti-
isse de abolenda penitus cura sexus. Rationes sunt: 1.)
ut præcidatur materia litis, que imprimis quod ad compe-
sentiam judicis, Dec. 59. itemque de numero curatorum &
productione curatoriorum existere solet 2.) quod iis in locis, ubi
jus commune, quod feminis necessitatem habendi curatorem
remittit, servatur, nulla inde difficultas, nullumque pe-
pisculum emergat, plurimum contra commoditatis afferatur.
3.) quod curator femine nibil sit aliud, quam advocatus vir-
orum, quum eo nomine mulieri non teneatur. 4.) quod
sola judicialis constitutio in curatore maiorem intelligentiam
& fidem non excitet, sed merita solennitas. 5.) quod mu-
lier ad ratibabenda curatoris gesta non teneatur, imo eun-
dem, sicut nolit in negotium mulieris consentire, dimittere
iterum, aliumque, ad consentendum proniores, sibi adsci-
scere queat. 6.) quod curatori liceat, proprio jure constitue-
re actorem 7.) quod in mulieribus non omnis deficiat intel-
lectus,

lectus, immo nonnulli eodem viris praesent, ut proinde ratio,
qua vulgo petitur a fragilitate & debilitate judicis in sexu/e-
quiori, non sit adequata, praeferim cum alioqui conseque-
retur, etiam rusticis, qui similiter, nostro jure, pro sim-
plibus babentur, constituendos esse curatores. 8.) quod
sufficiat, a mulieribus peritiores consuli, atque adeo pri-
vata auctoritate constitui advocatos. Quamvis autem ha-
riationes non parvi momenti esse videantur; nondum ta-
men liquet, predictum consilium publica lege conprobatum iri.

XXXIV. XVII. multum quoque iniquitatis habet
illa inæqualitas, quæ prisco jure Saxonico inter nobi-
les, sive equites, & homines plebejos intercedit. Ni-
mia sunt, quæ illis præ his tribuuntur, privilegia, at-
que adeo iustitiam, quæ sine personarum respectu su-
um cuique tribuere ac præmia & onera æqualiter di-
stribuere debet, lædunt. Quare etiam pleraque eorum
apud nos hodie in usu esse desierunt. Sed ut rem pau-
lo altius reperamus, sciendum est, inæqualitatem illam
antiquissimis temporibus majorem ahduc in Germania
fuisse. Nam Cæsar de Bello Gallico c. 13. & 15. de Gallis,
quos Strabo Geograph. l. 7. & virtute, & corporum ma-
gnitudine, & fulvicoloris excellenta, & forma, & mo-
ribus, & victu Germanorum assimiles esse afferit; ita
loquitur: In omni Gallia, inquiens, hominum, qui ali-
quo sunt numero atque honore, genera sunt duo. Nam
plebs pene servorum habetur loco, que per se nihil audet,
& nulli adhibetur consilio. Plerique curu aut are alieno, aut
magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum pre-
muntur, sese in servitutem dicant nobilibus. In hos ea-

dem omnia sunt jura, que dominis in servos: Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis intersunt, bi; cum est usus, atque aliquod belum incidit, omnes in bello versantur &c. Et licet deinde, cum Henricus Auceps primas in Saxonia civitates erigeret, quidam de plebe melioris conditionis efficerentur, atque differentiae istae der Lassen/ der Bauern/ der Bauer-Gulden/ der Pfleghafften/ der freyen Laubfessen/ der Tagwerken/ der Dingmannen &c. inter plebejos orirentur, omnes tamen isti, tametsi inter se distinguerentur, nobilibus longe inferiores erant. Vnde Vitikindus, Corbejae Saxonicae Monachus, qui post Henricum sub Ottonibus vixit, nobilium ordinem propria lege apud Saxones uti l. i. Annal, memorat.

XXXV. Differentiae vero, quas jus Saxonicum inter nobilia & plebejos constituit, potissimum ha sunt: I.) ratione successionis, quae in nobilibus multa singularia habet. Præcipuum est, quod plebeji nobilibus, licet illorum consanguineis sint, non succedant, ne quidem in linea recta. Spec. l. i. a. 7. Wer den andern nicht ebenbürtig ist/ mag sein Erben nicht nehmen. Junge l. 3. a. 73. Contra vero nobiles plebejorum sibi cognatorum hereditatem capiunt. Vide Spec. l. 3. a. 27. ibi ebenbürtig oder bas geböhren. Quæ differentia hodie non attenditur. Deinde soli nobiles, non cives & rustici, res expeditorias, Heergewette/ relinquunt Spec. l. 2. a. 27. Sed & hanc inæqualitatem correxit observantia, atque in plerisque Saxonicae locis ingnobiles etiam ad successionem rerum expeditoriarum admisit. Carpzov.

P. 3. C. 3. def. 24. Soliquoque nobiles faudalis successio-
nis capaces sunt. Lehn-Recht c. 2. Quod itidem hodie
mutatum esse, mox ostendam. In feminis etiam mul-
tum interest, sintne nobiles an plebejæ. Illæ ex mari-
ti hereditate dotalium, Leibzucht/ Leibgeding/ morgen-
gabam, comedibilia, Mustheil/ & geradam Spec. 1. t.
a. 20, 21, 24, 27. plebejæ solum geradam accipiunt. Weicb.
a. 22. Prius quidem in Electoratu nostro adhuc obtinet,
ut viduae tandem equestri dignitate præditæ dotalitium,
morgengabam, comedibilia & geradam lucentur. C. El.
37. ibi: von Ritterhart. P. 3. At posterius mutatum est,
feminisque plebejis, si liberi adsint, quarta, si nulli, ter-
tia hereditatis pars debetur. C. El. 20. P. 3. 2.) ratione
feudorum. Illorum capax nemo est, nisi ex equestri
ordine sit. Excluduntur ergo rustici, plebeji, merca-
tores &c. Et tametsi iis aliquando feudum ex singula-
ri gratia a domino conferatur, solum tamen usumfru-
ctum in illo habent, nec quicquam ad filios suos trans-
ferunt. LehnR. c. 2. Id quod tamen generali consuetu-
dine per Germaniam & Saxoniam abrogatum atque
ignobilibus aditum ad feuda & successionem feudalem
apertum esse, testantur Schenk a Tautenberg ad 2. F. 10. &
Magnif. Horn in Jurispr. feud. c. 5. §. 28. 3) quoad testi-
monii dictionem. Lehn-R. c. 2. Ob zween Mann ein
Lehn-Guth zugleich ansprechen/ und beyde Gezeugen
darzu bitten/ einer einen/ der zu den Heerschild nicht
gebohren ist/ (ignobilem) und der ander einen andern/
der an Lehn-Recht vollkommen ist/ des Gezeugen
am Lehn-Recht vollkommen seyn/ sollen vorgehen/ und
des

des andern Zeugen sollen vertadelt seyn. Et ibidem:
 Von Gezeugniß mag man vorlegen in Lehnssachen
 alle / die des Heerschildes darben. Verum nec hanc
 differentiam hodie attendi, sed ad fidem & integritatem,
 non ad nobilitatem testium respici, nemo igno-
 rat 4.) quoad probationem per duellum Spec. l. 1. a. 63:
 Ein jeglich Mann mag Kampfs wegern dem / der
 nicht als wol gebohren ist/ als er.

XXXVI. Hic vero non possum, quin illorum er-
 rorem redarguam, qui citra necessitatem aliquam sibi
 inter jus Saxonum & Romanum differentiam effin-
 gunt, inter eos Saxonum & Romanum differentiam
 effingunt, inter quos est Grypiander de Weichbildis c. 46.
 Dicunt illi, secundum jus Saxonum prohibitum esse
 inter nobiles plebejosque matrimonium, adeoque no-
 bilem, qui uxorem ex plebe ducat, non solum ei di-
 gnitatem suam non communicare, sed & Inbetis suis
 præjudicare, ut hi nobilitatem patris non consequantur.
 Vtrumque falsum est. Nam & uxor ignobilis, quæ
 equiti nupsit, constante matrimonio nobilis est. Spec. l. 3.
 a. 45. Das Weib ist auch ihres Mannes Genosin al-
 le der Ehren und Würdigkeit / die der Mann hat / zu
 Hand als sie in sein Bett tritt / und nach seinen Tod/
 so ist sie ledig von allen seinen Rechten und Ehren. Denn
 sie behält wieder ihren Stand und Recht / das sie ange-
 bohren was / ehe sie den Mann nahm. Junge Spec. l. 1.
 a. 45. Quia in parte exacte convenit jus Romanum
 L. 13. C. de Dignitat. ibi: genere nobilitamus. L. 10. C. de
 Nuptiis. Et liberi etiam ex ejusmodi inæquali matri-
 monio

monio nati vere nobiles efficiuntur, dummodo mater eorum libera sit, & justum inter parentes intercesserit matrimonium. *Spec. l. 3. a. 72.* Das ehelich und freygebohren Kind behält seines Vaters Heerschild/ und nimmt auch sein Erbe und der Mutter also wohls ob es ihr ebenbürtig ist/ oder bas gebohren/ h. e. sive sit æqualis generationis cum matre, sive etiam melioris & nobilioris. *Weicb. a. 4.* Welches Kind ist frey und ehelich gebohren binnen Weichbild/ das behält seines Vaters Recht *Lehn-R. c. 21.* der Sohn behält des Vaters Schild und Adel nach seinem Tode zu *Lehn-Recht*/ so fern er ehelich gebohren ist. Igitur ille saktem patri suo inæqualis, nicht ebenbürtig/ habetur, qui vel ex serva, sive femina Slavica, vel extra matrimonium procreatur. At qui ex muliere plebeja, sed libera, natus est, nobilis sine dubio habetur. Vnde etiam nobilitatem suam jure Saxonum probaturus necesse non habet, eandem a matre arcessere, sed sufficit, dummodo patris & avi nobilitatem demonstraret *Lehn-R. c. 2.* ibi: von Ritters-Art, von Vater und von Elter Vater: In matre autem sufficit, oftendere, eam liberam & honestam fuisse, daß sie unbescholtene gewesen. *Spec. l. 1. 4. 51.* Textus vero clarissimus est in *Spec. l. 3. a. 73.* Nimmt ein Schöppenbar frey Mann eine Bauern-Güldin oder Landesfzin, gewinnet sie Kinder bey ihm, die seynd ihr nicht ebenbürtig. Denn sie haben ihres Vaters Recht und nicht der Mutter. Consentient cum hoc jure jus Romanum *L. 19. de Status Hom. & observantia fori Dissentit autem jus Suevicum, de quo vide Schulerum ad Jus feudale Alemannicum c. I. §. 14.*

XXXVII. Improbamus quoque XVIII. in priso jure Saxonum nimia, quæ Judæis tribuuntur, privilegia. Iniquum enim est, gentem istam improbam atque in perniciem Christianorum natam singularibus beneficiis, que Christianorum etiam jura laedunt, allicere & exornare. Quanto melius leges

ges Romanæ, Canonicæ, Imperiales & Saxonicae Electorales
 Judæorum jura restringunt, eorumque malitiam & impro-
 bam defraudandi atque scenerandi libidinem coercent? Vide
Ziglerum de Jur. Mai. l. 1. c. 41. §. 32, 33. Ita vero juris Saxonici
 antiqui privilegia, quæ Auctōr *Speculi l. 3. a. 7.* ab Imperatore Fl. Vespasiano, cuius filium Titum Josephus a lepra
 sanaverit, Judæis data fuisse, in epte autem, haec sunt: 1.)
 quod Judæi singularem magistratum habeant, nullusque ex
 iis coram alio judice conveniri queat. *Weichb. a. 135.* At moribus hodiernis jus Romanum receptum est, quod Judæis fa-
 cultatem adimit honorem aut dignitatem cum administratione
 conjunctam adeoque & magistratum suscipiendo *L. ult. C. de Ju-
 daicam Lipsensem de dato Dresden 2. Octobr. 1682.* 2.) quod
 Judæi non, nisi in ipsorum synagoga, jurare debeant. *Weichb.
 a. 135.* At jure civili juramenta omnia in loco judicij præ-
 standa sunt *L. 12. pr. 5. §. 4. C. de Rebus creditis.* Id quod etiam
 legibus & moribus Saxoniciis in illustribus adeo personis, mul-
 to magis itaque in Judæis, receptum est. Vide *O. P. Saxo-
 tit. 18. §. 10. & Excellentissimum Martini, Patrum nostrum ve-
 verandum, ad b. l. n. 40, 41, 46.* 3.) quod Judæus, si Christiano
 aliquid vendat, evictionem præstare non cogatur. *Spec.
 l. 3. a. 7. Weichb. a. 136.* Quod jus singulare, testante *Magnifice
 Bergero in Refol. Lauterb. p. 488,* usi ab iniquitate vix se tuvi-
 posse, ita vel pridem ab usu recessit, vel sane, præserum post R. l. de
 anno 1548. *§. von Jüden um ihre Bücher circa fin. attendendum
 non est.* 4.) quod Judæi res alienas & furtivas emtas dominis
 supervenientibus & vindicantibus non, nisi refuso pretio, re-
 stituere teneantur. *Spec. l. 3. a. 7.* Quod iterum secus est jure
 communī, ubi quilibet rem furtivam vero domino, pretio
 etiam non restituto, reddere jubetur *L. 2. C. de Furtis.* Cum
 vero privilegium illud Saxonicum in Christianos injurium
 sit & occasionem delinquendi præbeat, merito ex usu reces-
 sit;

sit, teste Georg. Schultz in Synop. Instie. de Obligat. quæ ex delicto
naſc. lit. P. Imo Judæos ad restitutionem rerum furtivarum
teneri, sine pretii restitutione, expresse sancitum est in Opus-
tua. Caroli V. de anno 1548. Quod repetitum & confirmatum
fuit in Comitis Francofurtaniſ de anno 1577. tit. von Jüden und
ihren Bücher: 5.) quod Judæi ad testimonium contra Chri-
stianos dicendum admittantur. Weibb. a. 156. At Scabini Li-
pfenses epud Reginum ad O. P. tit. 22. Enunciatio 20. secundum
ius Romanum in L. 21. C. de Heret. & Nov. 45. c. 1. pronuncia-
runt: Heinrich Ephraim und Vorinann Benjamin Frenzel
ſind als Jüden zum Zeugniſ diſſals nicht zuläſsig. 6.) quod
Christianus, si contra Judæum agat, aliter eum, quam per
tres testes, duos Judæos unanuque Christianum, convincere
nequeat. Weibb. a. 163. At omnem iſtam doctrinam priſci iu-
ris Saxonici de testibus abrogatam hodie, & ius Romanum in-
troductum esse, iam ſupra §. 27. oſtendi.

XXXVIII. Est quoque XIX. admodum singularis & ano-
mala iuriſ Saxonici de rebus utensilibus five de gerada dispo-
ſitio, quæ res illæ omnes, quæ ad instruendam rem fami-
liarem, ad cultum, ornatum, ostentationem, commoditatem
mulierum pertinent; in ſucceſſione ſolis feminis, niſi quod
clerici iis quodammodo exæquentur, Spec. l. 1. a. 5. cedant.
Quæ diſpositio multa ſecum fert incommoda. Namque 1.)
magnum inter masculos & feminas inducit inæqualitatem.
Tamenſi enim illis quaſi in compensationem geradæ res ex-
peditoriae (heorgevvetta) conſeſſe ſint Spec. l. 1. a. 22. haꝝ tamen
tam arctis limitibus circumſcribuntur, atque illæ contra tam
late extenduntur, ut, cum filii ſæpe ex paterna hereditate
vix res 10. Joachimicos valentes præcipuas accepérint, filiæ
in ſucceſſione matris æſtimationem aliquot milium præ-
piant; 2.) frequentibus litigiis occaſionem facit, dum incer-
tuim est, quæ res proprie ad geradam pertineant, quod ex
ſolo textu Spec. l. 1. a. 24. diuidicari nequit; 3.) coniugibus viam

G 2 aperit,

aperit, eludendi leges & donationes illas inter virum & uxorem jure prohibitas exercendi, atque non liberos solum, sed & creditores defraudandi. Quare recte D. Bayer de *Incommo-
dis concursus creditorum in foro Saxonico* §. 33. geradam plane e
medio tollere suadet, atque Richter de *Succ. ab int. sed. 1. m. 1.*
n. 61. eam multis in locis Saxonici sublatam esse, testatur.

XXXIX. XX. aperte iniquum est, quod debitori permit-
titur, inter 14. dies, postquam moneta reprobata est, debitum
in reprobata moneta solvere. *Spec. l. 2. a. 26:* Wenn man
die Pfennige verbeut, vierzehn Nacht darnach mag man mit
den alten Pfenningen wohl schuld geden und Pfand lösen. Quid
vero iniustius est, quam, cogere creditorem, ut pecuniam,
quae proba ab illo data & in utilitatem debitoris conversa fuit,
improbam & nullius valoris recipiat? Quanto rectius ius
Romanum in *L. 24. §. 1. de Pignorat.* ad reprobam pecuniam
non liberare solventem, statut? Quod etiam propter eviden-
tiam aequitatem præ prisca iure Saxonico in foris nostris re-
ceptum esse *Harimann Pistor. Observat.* 141. & *Carpov. P. 2. C.*
28. def. 3. testantur. Imo *Schulz de Oblat.* & *Obsignat. Richter P.*
2. dec. 73. Brunnerm. Cent. 4. D. 14. Ill. Stryk ad Lauterb. tit. de
Solutionibus, voce: *Removenda existimant, creditorem impune
recusare posse solutionem in pecunia nondum quidem repro-
bata, sed mox reprobanda, die auf dem Sprung siehet, abge-
setzt zu werden, oblatam.* Quæ sententia vel exinde defen-
ditur, quod is, qui scit, monetam reprobatum iri, eamque
tamen creditori obtrudere vult, in dolo veretur. Neque
obstat nobis *Ordinatio monetaria Ferdinandi I. de anno 1559,* ubi
moneta peregrina omnino abrogatur, atque civibus tamen
permittitur, intra proximos 6. menses eadem in solu-
tionibus uti. Respondemus enim, monetam peregrinam
ibi non omnino improbari, sed illud saltem intendi, ut ea
paulatim & commode ex provinciis Germanicis avehatur.
Itaque magistratibus iniungi, ut, finitis etiam 6. mensibus il-

lis,

lis, eam a civibus sine gravi horum damno redimant, atque
in monetam imperialem convertant.

XI. XXI. quoad res amissas & inventas jus Saxonum
duo singularia constituit 1.) ut inventor domino supervenien-
ti, si ille alienæ jurisdictioni subiectus sit, non integrum rem
restituat, sed tertiam eius partem retineat 2.) res inventa,
elapsis 6. hebdomadibus, a fisco & inventore præscribitur, ac
domino deinde deorum venienti omnis actio pro repetitione
rei suæ denegatur. Vide Speculum l. 2. a. 37. & Carpovia
P. 2. C. 3. def. 15. Vtrumque jure Romano secus est. Nam
que 1.) tantum abest, ut inventor tertiam partem rei inven-
ta lucretur, ut ne quidem ptæmum aliquod inventionis pe-
tere queat L 43 §. 9. de Furtis 2.) is, qui rem invenit, eam pla-
na usucapere nequit, ob deficitem titulum L. 7. Pro derelicto.
Atque hic iterum ius civile merito præferimus. Namque
iniquum est, aliquem cum alterius innocentis damno locu-
peliorem fieri; atque præscriptionem tam brevem domino
plerumque ignorantib; & absenti currere eumque re sua privare.

XII. XXII. ista etiam anomalia juris Saxonici, qua proximus
pupilli successor, si tutelam ejus gerat, fructus ex illius
bonis percipit & lucratur, sublata, & jus Romanum, quod omni-
bus tutoribus etiam legitimis, & ipsi a deo matri tutelam gra-
tis imponit, atque rationum redditionem & superflui restitu-
tionem injungit, receptum est. Iniquum enim videbatur, pu-
pillum propter teneram ætatem damnum pati, atque usum
fructum bonorum suorum armittere. Ceterum, quod jure
Saxonico antiquo vere tutoribus legitimis ususfructus in bo-
nis pupillorum competat, appetat & quidem de matre ex
Spec. l. 1. a. 11. ubi illa in tutela patri æquiparatur, de proximo
agnoto ex Spec. l. 1. a. 23. Wo aber der Bormund auch Erbe
mitist, so darfsser niemand des Kindes Gut berechnen, noch Bür-
gen sezen; de domino feudi ex Spec. l. 2. a. 58. §. dis rede ich &

G 3

Lehn-

Lehnrecht c. 26; ubi, quod in vulgata editione legitur; soll die Gelder und Nützung aufheben, bis das Kind zu seinen Jahren kommt; ita ex contextu & meliori Bibliothecæ Paulinae Lipsiensis manuscripto, quod Schilterus in Appendix Juris feudalis Alemanniæ exhibet, corrigendum est: soll das Geld des Gastes nehmen, bis das Kind zu seinen Jahren kommt. At de contrario usu hodierno vide Dec. El. 62. & Magnif. Hornium in Iurispr. Feud. c. 6 § 14.

XLII. XXIII. dispositionem prisci juris Saxonici in Spec. l. 3. a. 5. quod creditor, amitto per casum fortuitum pignore, ipsum quoque debitum amittat, Elector Saxonie in C. 26. P. 2. & Romano & naturali juri repugnare dicit, ac propterea suscitavit. Qua de re cum ali ante me copiosius egerint, in praesens plura non adjiciam.

XLIII. XXIV. Priscum jus Saxonicum tunc, cum duo simul ad judicium provocant, casui pro amico locum facit, atque electionem, quis actor, quis reus esse debeat, judicis arbitrio permittit. Spec. l. 1. a. 6. Klagen sie auch zugleich, es steht bey den Richter, welchen er von erst hören will. At nelius jure Romano, ne uni judex magis faveat quam alteri, res forti committitur. L. 14. de judicis.

XLIV. XXV. Saxones contra regulam juris naturæ, quem suo domino perire dicit, nullique, nisi cuius culpa intervenierit, damni restitutionem injungit, eo casu, quo servus mercenarius, operarius conductus, mandatarius, vasallus, dum dominorum negotia expedient, res suas furto, rapina aut alio casu fortuito perdunt, dominos & mandantes damnum istud ferre jubent. Spec. 3. l. a. 6. Wird ihm aber sein Pferd oder auch sein Gut dieblich oder räubrich genommen in des Herrn Dienst ohne des Knechtes Schuld, das muss ihm der Herr gelten. Lehn-R. c. 4. Wer an seinen Dienst ichtes verloren, das ihm noch nicht wieder vergolten ist, dienveil ist er nicht schulig, seinen Herrn

zu dienen, noch ihm Lehrechts zu pflegen. At jus Romanum, quod in L. 26. §. 6. Mandati & L. 2. §. 1. Ad L. Rhed. de Jada nec non Jus Feudale Longob. quod 2. F. 7. 25. contrarium dispossit, usq; receptum est, docente Magnifico. Hornio Jurispr. Feud. c. 18. §. 15.

XLV. Porto XXVI, priscum jus Saxonicum nec in eo excusari potest, quod infantes atque furiosos ex delictis suis ad damni restitutionem, &, si homicidium committant, ad Werigeldum solvendum obligari statuat. Spec. l. 2. a. 65. Erschlegt ein Kind einen Mann, oder lemest es einen, sein Wurmund soll das bestern mit jenes Werhgeld, ob es auf das Kind gebracht wird. Welchen Schaden es auch thut, den soll er gelten nach seinen Werth mit des Kindes Gut. Et l. 3. a. 3. Über rechte Ohren und sunnlose Leute soll man auch nicht richten. Thun sie aber schaden, den soll ihr Wurmund gelten. Cum vero in eum, qui propter deficiemt intellectus & voluntatis usum consentire nequit, non cadat obligatio, melius jus civile, quod infantes & furiosos non solum a pena, sed & a damni restituione liberat L. 23. de Furtis L. 61. de Admin. & peric. tut. moribus receptum est. Vide elegans ICtorum Vitemb. præjudicium apud Magnif. Regerum Ipo. Cœur. p. 145. Junge Sarpzad. Praxi Crim. q. 143. n. 15, 16, erg. 145. n. 21. qui textum Saxonum de im-puberibus pubertati proximis explicat. Cujus sententiam in pronunciando secuti sunt Seabini Vitemb. & puero 9. annorum, qui sclopeto per lasciviam & petulantiam sumto alterum interfecrat, Werigeldi quidem solutionem nec non expensarum iudicialium restitutionem remiserunt, interim, ut privatis a patre virgis admoneretur & castigaretur, M. Sept. anni 1709. ad G. interrogationem responderunt.

XLVI. Tandem XXVII. prætereundus non est ari. 60. l. 2. Spec. ubi domino, qui rem suam alteri commodavit, vel oppignoravit, vel alio modo, sine animo dominium transferendi, possessionem

sionem eius in alterum transtulit, actio denegatur contra tertium possessorum, ad quem res ista vel facto commodatarii, vel furto etiam aut rapina pervenit. Quæ iuris Saxonici dispositio in *Jure Lubeo. l. 3. art. 2. a. 1.* huic regula includitur: Hand muss Hand wahren. *Carpzoo. P. 2. C. 26. def. 5.* sanctionem hanc valde irrationalitem appellat. *Cottra Mevius ad Jus Lubeo. d. 1.* illam defendit, & reequilibrat esse, statuit. Vtque rationibus non destituitur. Sed pro Carpzovio pugnant 1.) generalis iuris naturæ regula, quæ, nemini dominium rei suæ sine voluntate vel culpa ipsius auferre, iubet. 2.) ius civile Romanum, quod rei commodata, *L. 8. Commodati depositæ L. 17. §. 1. Depositii &c. dominium apud nos manere, nobisque adeo rei vindicationem contra quemcumque possessorum competere L. 9. de R. V. statuit. 3.) usus fori, præsertim Saxonici, de quo ipse Carpzoo. d. 1. & Zobel. P. 2. diff. 3. n. 14. ibi: So halte ich doch die Schöppenstühle in diesem einig, daß in praktica auf dieses unbillige Recht nicht zu sprechen. Quapropter & nos jus Saxonicum Romano hoc in casu postponimus. Neque Schiltero assentimur, qui in *Ex. 25. §. 6.* ius Saxonicum cum Romano conciliare & textum allegatum de pacto adiecto, ut dominium revocabile in commodatarium aut creditorem transeat, explicare studet. Vnicuique enim apparet, interpretationem istam a sensu & simplicitate iuris Saxonici nimis esse alienam. Et istis, quos pro sententia sua in *§. præc. 5.* excitat, textibus iam diu respondit *Glossator Germ. add. a. 60. Verbi:* Welcher Mann: eos videlicet de rebus furtivis, non commodatis aut oppignoratis loqui.*

XLVII. Hæc de defectibus & iniquioribus iuris Saxonici sanctionibus dicta sufficient. Nunc ad alterum dissertationis nostræ caput progrediendum, &, in quibus ius Saxonicum Romano præferatur, ostendendum erat. Sed ne iusto longiores simus, hic subsistemus & laborem illum aliis relinquemus.

CON-

Q. D. B. V.
COLLATIONEM
PRISCI JVRIS SAXONICI
CVM JVRE ROMANO ET MO-
RIBVS HODIERNIS

(Oder: Eine Vergleichung des alten Sächsischen Gesetzes mit dem Römischen/ wie auch mit denen heutigen Gebräuchen.)

CONTINVABVNT
AVGVSTINVS LEVSERVS,
IVR. D. ET P.P. EXTRAORD.

ET
AVCTOR
IO. EHRENFRIED MARTINI,
GRVNHANENSIS MISN.

IVRIVM CANDIDAT.
D. SEPTEMBR. ANNI c^o I^o C C XI.

RECUSA VITEMBERGAE Anno M D C C XXXVI,
STANNO SCHLOMACHIANO.

8)

Viteb. 1711.

25
SOTTONI
PRISCIANAE SAXONICAE
GEMINATRONCETIO
HEAS HODDERNS
C
AGASTINAE EBERRAE
LADITIBET ULTRAVOID
VACIO
IO. EHRERHEDU MARTINI
HABEN CANDIDUS
HABEN CANDIDUS
HABEN CANDIDUS
HABEN CANDIDUS
HABEN CANDIDUS
HABEN CANDIDUS

SVMMA DISSERTATIONIS
CAPITA.

1. Requiritur vera causa, ob quam Icti hodie priscum ius Saxonium tantoper juri Romano praferant.
2. Enormia antiquorum Germanorum vita.
3. Refelluntur hi, qui pleraque juris Romanii capita in Germania recepta negant.
4. Ostenditur, pcam infamiam moribus Germanicis non adversari.
5. Restant multi juris Saxonici navi, priore dissertatione non excusci,
6. e.g. quod injuria & mutilationes membrorum pecunia acclimantur,
7. quod heres ex contractu de functi, uti ex locatione,
8. item ex venditione non obligatur,
9. quod commodatarius casum fortuitum praestare debet.
10. Errant, qui hoc ipsum aequum esse putant.
11. Jus Saxonicum in quibusdam capitibus merito Romano praefertur,
12. Multitudo subtilitatem in iure Romano
13. exemplo doctrinae de servitutibus realibus ostenditur,
14. Fictiores juris Romanii apud Saxones non valent.
15. Fictio unitatis inter patrem et filium irrationalis est.
16. Subsistunt ergo hodie donationes et emtiones inter illos celebrata
17. Respondetur ad C. El. 10. P. 2, &c., quasque hodie patria potestas sit sublata, ostenditur.
18. Jure Saxonico omnia pacta honesta valent, modo consensus perfectus adsit,
19. qui cessat tunc, cum objectum non certe determinatum est.
20. Ex promissione dotis, etiam indeterminata, datum astio.
21. Pacta successoria apud Romanos prohibebantur. Causae prohibitoriae a favori testamentorum.
22. β) metus insidiarum
23. Multa ad has evitandas sunt statuta, que hodie usum non habent.
24. Exempla hujusmodi insidiarum a successore structarum extra Germaniam.

25. Veraquē ratio apud Germanos cessat, Valent igitur hodie pacta
successoria.
26. nec distinctione opus est. De renunciationibus hereditatis.
27. Subsistunt illae etiam sine iurecurando.
28. In Electoratu Saxoniae iusurandum in filiabus, non aliis mulieribus,
sine lege requiritur.
29. Pacta successoria restę de universa hereditate incunetur.
30. Distinctio inter ea, quae per modum contractus & ultimae volunta-
tis incunetur, non est accurata;
31. usu tamen recepta,
32. In dubio pactum successorium per modum contractus initum censetur,
33. licet clausula codicillaris adiecta, vel s. testes adhibiti fuerint.
34. Vox: erblich item Erbschaft, non inducit ultimam voluntatem, si verba
obligatoria ad sint.
35. Pactum de continuanda societate in heredes non iure Romano, sed
Saxonico valet.
36. Clausula derogatoria testamentis per modum pacti adiecta valet.
37. Utile est in testamentis reciprocis, non tamen tacite subintelligitur.
38. Reciprocum testamentum ab uno etiam mutari potest, saltem quoad
suam hereditatem.
39. Donatio omnium bonorum praesentium & futurum valet.
40. Pactum in mutuo, ut plus, quam accepimus, reddamus, iure Sax.
valet.
41. Eodem iure pacta dotalia inaequalia permittuntur,
42. nec non ea, per quaē conditio dotis sit deterior.
43. Fideiussor etiam doris admittitur.
44. Cessant odium & penae secundarum nuptiarum.
45. Pacta contractuum realium preparatoria, e. g. de permutando, &
actionem parciunt.
46. Superest tamen facultas penitendi in contractibus inaominatis.
47. quamdui alter nihil adhuc draecit.
48. Obligatio alteri per alterum acquisiti potest sine illius acceptatione.
49. Conclusio.

• • • •

CONTINVATIO.

§. I.

Quod hodie in academiis & plerisque judiciis nostris, depressa juris Romani auctoritate, priscas Germanorum consuetudines & obsoleta jura extollit atque disjecta eorum rudera tanto studio conquiri & reduci videmus; hoc neque pietati in patriam neque amori veritatis est attribuendum. Non pierati in patriam. Illud enim rerum domesticarum fastidium & peregrinarum studium, quod scriptores omnium seculorum in Germanis nostris reprehendunt, altiores in eorum animis radices egit, quam, ut intra tam breve tempus penitus potuisset extirpari. Sed neque veritatis amor in causa est. Prudentiores sunt illi Jcti, qui hucusque tutelam & propugnationem antiquorum Germanicorum morum suscepérunt, quam, ut illos ex vera, animi sui sententia tantas istis moribus laudes tribuisse neque infinitos eorum návos & errores perspexisse, credam. Et si omnia, hoc mihi profecto persuadere non possum, summum quendam Jctum, cuius exquisitam eruditionem, judicium accuratum & desécatam maxime a præjudicatis opinionibus atque liberam ab auctoritatum servitio mentem maximí facio, pro veris habuisse, quæ subinde in libris ejus scripta invenimus: vix quicquam prater duella judicialia & purgationes vulgares per ferrum canens, o aquam ferventem & frigidam

H

mori-

moribus Germanorum opponi posse; item: lucem orituram
 esse ex tenebris, si tam diligenter inquiamur commentarii
 in iura Alemanna & Saxonica, ut hactenus commentati sumus
 in ius Romanum; atque alia majora etiam encornia,
 quae in praesens memoria meae non succurrunt. Hunc,
 inquam, tantum virum ceterosque non incelestres pri-
 sci juris Germanici patronos majorum nostrorum bar-
 bariem, simplicitatem & ignorantiam, cojus in praec-
 edente dissertatione aliquot, sed pauciora specimina ex-
 hibuiimus, pro virtutibus habuisse, verosimile non est.
 Aliam igitur causam subesse puto, quae eos, ut ius Ger-
 manicum Romano adeo praeferant, impellat. Amor
 videlicet novitatis, mentibus humanis insitus, cum quo
 coniunctum semper est tedium earum rerum, quae per-
 vulgatae iam sunt, atque studium famam nobis ex ostend-
 atione singularium & aliis incognitarum artium acqui-
 rendi. Hae novitatis & gloriæ cupiditas veteres JCTos,
 ut ius Romanum, quod in Italia didicerant, antiquato
 iure Germanico, quippe vulgari nimis, reciperent, in-
 duxit. Hae ante aliquot annos, ut, contemtis vicissim
 legibus Romanis, popularibus jam & pervagatis,
 mores patrios ex tenebris suis erueremus, effecit. Hae
 denique posteros nostros, ut aliquando consuetudines
 Germanicas, cum & illæ iterum divulgari & evilesccere
 incipient, relinquant, aliudque sibi de novo idolum fa-
 ciant, impelleret.

II. Veritas asserti nostri, quod videlicet JCTi hodier-
 n*n* consuetudines Germanicas non ex sincero animi ju-
 dicio

dicio tantopere efferant, appareat ex nimia superstitione,
 qua omnia, a majoribus nostris profecta, sive bona sive
 mala, amplectuntur legibusque Romanis, tametsi aper-
 te meliores sint, præponunt. Luculentum nuper ejus
 rei exemplum vidi. Disceptabatur super quæstione, an
 extra Electoratum Saxoniæ pecunia lusu perdita repeiri
 & condici queat. Affirmabant hoc plerique & ad L. i.
 C. de Aleatoribus provocabant. At alii negabant, huic
 legi in Germania locum esse, quod ea moribus patriis
 contrariarerur, de quibus Tacitus de Moribus German. c. 24.
 Aleam, inquit, sobrii inter seria exercent, tanta lucrande
 perdendive temeritate, ut, cum omnia pefecerunt, extre-
 mo ac novissimo jactu pe libertate & pe corpore contemnant.
 Vixius voluntariam servitutem adit, quamvis junior, quam-
 vis robustior, alligari se ac venire paritur. Ea est in repræ-
 va pervicacia: ipsi sippem vocant. Sed hæc quorundam
 opinio ceterorum consensu facile vincebatur. Et meri-
 to quidem. Nam si Germanorum fidem in ludendo
 probamus, cur non & desidiam eorum, & crapulam, &
 ebrietatem, & amorem rixarum, & lævitiam reducimus,
 quæ ramenidem Tacitus testificatur. Sic autem ille di-
 dico lib. c. 15. Quotiens bella non ineunt, non multum vena-
 tibus, plus per otium transigunt, dediti somno ciboque. For-
 rissimus quisque ac bellicosissimus nibil agens, delegata domus,
 & penatum, & agrorum cura feminis, senibusque, & infir-
 missimo cuique ex familia, ipsi bebent: mira diversitate na-
 ture, cum idem homines sic ament inertiam & oderint quie-
 tem. Et c. 22. Diem noctemque continuare potando, nulli

probrum. Crebre ut inter vincentes rixa raro conviciis,
sapientia cede & vulneribus transfiguntur. Et c. 25. Verba
rare servum ac vinculis & opere coercer, varum. Occidere
solent non disciplina & severitate, sed impetu & ira, ut
inimicum, nisi quo impune. Excerpsi haec, ut religiosi illi
rerum Germanicarum admiratores, quanto maiores
nostris rarissimis virtutibus suis vitia immiscuerint, viderent.

III. Dabo aliud iniquissimi istius erga leges Roma-
nas odii exemplum. Multa videlicet sunt Romanorum
instituta optima & reipublicae saluberrima, sed quae ma-
iores nostri, homines incuriosi & simplices penitus igno-
rarunt. Quae cum ex jure ipsorum in fora nostra &
judicia traducuntur, confessim propugnatores isti anti-
quitatum Germanicarum vociferantur: Apage haec:
non convenient moribus Germanorum: repugnant
indolentis nostrae: nunquam apud nos recepta fue-
runt. Verus est haec objectio, &, si Annalibus Palatinis
fides habetur, jam tum seculo decimo quinto Friderico
victoriose, Electori a ceteris Electoribus & Principibus
Imperii facta, cum is Philippum ingenuum, fratris sui
filium, arrogaret, & dignitatem Electoralem, quae huic
debebatur, simul cum patria potestate susciperet. Di-
cebant tum omnes, Romanas tantum leges hunc arro-
gationis & adoptionis fororum exclusisse, non convenire
eum juri Germanico. Sed pervicit Fridericus & jus
sibi per adoptionem quae situm usque ad mortem re-
tinuit. Eaedem sunt contradictiones quorundam ex
nostris JCTis, cum de usu sacramenti Zenonianii, editi

Divi

Divi Marci, poenae inficiatio[n]is in *L. 80. de Rei vinicat.*
 statutae, actionum item poenaliu[m] quaeritur. Verum
 enim vero cum ius Romanum, quatenus cum Germanico
 expresse non pugnat, in Germaniam si introdu-
 catur, nullum debet esse dubium, quin illa eius capita,
 quae in patria nostra olim prorsus fuerunt incognita,
 hodie valeant. Accedit insufficientia consuetudinum
 Germanicarum, in quibus multa etiam necessaria de-
 sunt, quae, fatentibus omnibus ex iure Romano supple-
 ri oportet. Huc pertinent iura testamentorum, do-
 nationum mortis causa, servitutum realium, hypothe-
 carum, concursus creditorum, quæ omnia ex legibus
 Romanis solum hausta sunt, & nemine contradicente,
 quotidie in usum dducuntur.

IV. Ex his, quae dixi, facile refellitur Schilterus,
 qui *Exrc. 10. §. 35. & 36.* poenam infamiae apud Germanos in iudiciis civilibus per condemnationem ob dolum
 non irrogari putat, quia eadem prisca moribus nostris
 repugnet. At contraria est JCtorum Vitembergensium
 sententia. Sic enim illi in Responso, quod M. Octobri
 1710. Christiano E. Juris Studio R. dederunt, Schil-
 terum confutarunt: Hat ein Advocat bei dem Amtte
 N. Namens L. B. T. Krafft der ihm von B. T. ertheilten
 Vollmacht/ Gelder von Z. D. Erben eingehoben/ sel-
 bige aber/ alles Erinnerens ungeachtet/ seinem Prin-
 cipal bis dero nichts ausgezahlet. Wannenher oder
 selbe/ ob nicht L. B. T. im Fall er dieses Facti überwie-
 sen würde/ sich an seinen Ehren anrüchig gemacht/

und daher von der Praxi auszuschließen/ auch überdies nachdrücklich zu bestraffen seyn/ zu wissen verlanget/ nach mehrerm Inhalt des uns zugeschickten Berichts. Ob nun wohl unterschiedene Rechts-Lehrer in denen Gedanken stehen/ ob sey die in denen legibus Romanis ößters gesetzte poena infamiae denen alten Deutschen Rechten und Gewohnheiten zuwider/ und habe die- semnach in bürgerlichen Sachen und Klagen gar keine/ in peinlichen Fällen aber nur alsdenn statt/ wenn der Richter dieser Straße in seinem Urtheil ausdrücklich gedencket/ Schiltter. Exerc. 10. § 35. Et 36. Grænevægen de Legibus abrogatis ad §. 2. I. de Poena temere litigant. Dennoch aber und dieweil die Römischen Gesche/ in so weit selbige denen alten Deutschen Rechten nicht deutlich zu wieder lauffen/ durch ganz Deutschland angenommen und eingeführet seynd/ selbige aber klare Massen geben/ daß ein Mandatarius, so in der ihm aufgetragenen Sa- che treulos handelt/ und dessen überfuhrer wird/ vor anrüchig gehalten werden sollen/ L. 6. §. 5. Et 6. de bis, qui nos. inf. Welche Disposition denn denen ieribus patrius keinesweges zuwieder ist/ gestallt aus unterschiedenen Orten/ daß die poena infamiae in denen alten Deut- schen Gewohnheiten gleichfalls wohl bekant seyn/ bey- gebracht werden kan/ vid. Sachsenpiel L. 1. a. 40. Weich- bild art. 4. Hiernächst in gegenwärtigem Fall nicht zu läugnen/ daß L. B. T. indem er das eingehobene Geld etliche Jahre lang bey sich behalten/ und dem T. auf sein vielfältiges Ansuchen nicht auszahlen wollen/ eine Treu-

Treulosigkeit begangen/ also dadurch/ und sonderlich/
daß er wieder den von ihm geleisteten Advocaten End
hierinnen gehandelt/ einige Straffe verdienet/ im übri-
gen diejenigen/ so sich anrückig gemacht/ aller Ehren
und Würden zu entsezen/ auch von der Praxi auszu-
schliessen seynd/ L. i. §. 8. de Postulando. So ist L. B. T.
Wenn er des angegebenen Facti überwiesen wird/ vor
anrückig zu achten/ und mag nicht allein a praxi remo-
viet/ sondern überdies mit einer willkürlichen Straf-
fe belegt werden. B. N. W.

V. Sed relinquamus illis prepostorum consuetudinum
patriarum amorem. Nobis sufficit, superiore dissertatione,
qua primam prisci juris Saxonici cum jure Romano & mori-
bus hodiernis collationem instituimus, satis multos errores &
defectus itius juris ostendisse. At ne quis, exauisse nos
omnem castigandi mores patrios materiam, putet. Plura
fortassis & potiora supersunt. Nos enim saltem objurgavi-
mus Speculi Saxonici, Juris feudalis & Weichbildi compilato-
res. Sed quis nescit, his libris partem exiguum consuetudi-
num Saxoniarum contineri, cum reliquæ aliunde sint haurien-
dæ. Deinde neque omnia, que in ipsis libris continentur, tan-
ta sedulitate excussum, ut non, multa censuram nostram
effugisse, fatendum sit; id quod aliquor exemplis in praesens
ostendemus.

VI. Absurdissima est juris Saxonici dispositio, secundum
quam injuriæ tan: verbales, quam reales, item mutilationes
membrorum certa pecunia æstimatur. Et in injurias quidem
simplices statuti sunt triginta solidi, Schillinge, qui secundum
nostram monetam unum imperiale & sedecim grossos con-
ficiunt Weichbild art. 73. Spec. Sax. lib. 3. art. 45. At pro mem-
bro nobiliore mutilato, vel absctisso, dimidium vverigeldum

five

sive decem imperiales, pro digito vel dente decima vverigeldi pars, sive duo imperiales exsolvuntur. Afferam ipsa *Specul. Saxon.* nici lib. 2. art. 16. verba: Welcher Mann an dem Mund, Nasen, Augen, Zungen und Ohren, an seinem Geimächt, an Händen oder Füßen gelähmet wird, soll man es verbüßen, man muß ihm iegliches bessern mit einem halben Wehrgeld. Jeglich Finger, Zehe und Zahn hat sein sonderliche Busß, nachdem ihm die an dem Wehrgeld gehührte, das zehnende Theil. Dieweil der Mann nicht stirbt, wie oft man ihn auch lähmert, oder wie manche Wunden man ihm auch schlägt an einer That, man bessert ihm doch nicht höher darumb, dann mit einem halben Wehrgeld. Wie oft man aber einen lahmen Mann andrewieit lähmert oder wundet in einem andern Gliede, als oft muß mans ihm bessern mit einem halben Wehrgeld. Wen man ohne Fleischwunden schlägt, oder einen Lügner schilt, dem soll man Wehrbusß (de qua vide *Spec. Sax. lib. 3. art. 45.*) geben nach seiner Geburt. Wundet man auch einen Mann an einem Glied, das ihm vorher vergolten ist vor Gericht, hauet man es ihm darnach ganz abe, er mag kein Wehrgeld darauf gefordern, sondern allein seine Busse, umb das Unrecht, so ihm daran geschehen ist. Nihil hac estimatione est iniquius. Namque primum tantum abest, ut eadem malitia hominum coerceat, ut provocet potius & extimulet. Videmus plerosque maxima convitandi, rixandi & nocendi libidine teneri, multos etiam incredibili vindictæ aduersus eos, a quibus facelitos se putant, amore flagrare. Hoscine putas tantula mulcta absterrei posse, ne libidini suæ satisfaciant? Non credo. Gaudebunt potius, tam vili pretio insignem voloptatem redimere, atque Neratii exemplum imitabuntur, de quo *Gellius in Notis Atticis lib. 20. c. 1.* ubi de legibus duodecim tabularum agit: Quod vero, inquit, dixi, videri quedam esse impedio molliora, nonne tibi quoque video sur effel dilutum, quod ita de injuria punienda scriptum est: Si injuriam alteri

alteri faxit, viginti quinque asses poena sunt. Quis enim erit tam
imops, quem ab injuria facienda virginii quinque asses deterreant. L.
Neratius fuit egregie homo improbus atque immanni recordia. Is
pro delectamento habebat, os hominis liberi manus sua palma vera-
berare. Eum servus sequebatur, crumenam plenam assium porti-
tans; &, quemcunque depalmaverat, numerari statim secundum
duodecim tabulas quinque & viginti asses jubebat. Propterea Pre-
tores postea hanc abolescere & relinquere censuerunt, injuriisque asti-
mandis recuperatores se datus edixerunt. Deinde nec læso per
solutionem tantulæ pecunie satisfit, cuius utique existimatio
& corporis integritas tam vili pretio æstimari non debet, quo
damnum datum ne minimum quidem reparatur. Non im-
probo itaque Hostiensis & Abbatis sententiam, qui apud Glos-
satorem *Latinum Speculi Sax.* l. 2. art. 16. lit. b. hujusmodi jura
irrationabilia appellant. Rechtius Romana jura in L. 37. §. 1.
de Injuriis æstimationem simplicium injuriarum arbitrio ma-
gistratus permittunt. Idem est in mutilatione membra, ubi
Iudex impensisarum in curationem factarum, & operarum amis-
tarum, quasque amissurus quis esset inutilis factus, rationem
habere jubetur L. 3. Si quadrupes pauperim L. 7. debet, qui effude-
rint. Quapropter & Elector Saxonie, abrogato prisco patro
jure, jus Romanum præculit atque sic in *Conflit. 42. P. 4. con-*
stitutit: Als wollen wir demnach die Verordnung und Satzung
der Sächsischen Rechte in Injuriensachen aufgehoben, abro-
giert und abgezhan haben; abrogiren und heben dieselbe hennit in
Kraft dieser Constitution aus Fürstlicher Macht und Obrigkeit
gänzlich und gar auf, setzen ic.

VII. Summa naturalis æquitas & omnium gentium jura
heredem facta defuncti præstare jubent. Soli fortassis Saxon-
es a jure naturæ, legibus Romanorum aliorumque populo-
rum hac in parte recedunt, heredique, facta defuncti impugna-
re,

res, permittunt. Scilicet, ut rem optime explicat Schilterus Exerc. 31. §. 16. prisci mores Saxonici heredi aliquod condoninium in rebus ejus, de cuius successione agitur, vindicant, ut sine ipsius expresso consensu dominus de re sua nihil statuat, quod non ille post mortem ejus revocare possit. Hinc est, quod nemo testamentum confidere queat, vide diff. praeced. §. 23. item, quod alienatio bonorum sine voluntate legitimam heredis facta sit nulla, vide ibid. §. 24. Omnia vero clarissimum exemplum est, quod locatio conductio locatoris morte finiatur, neque ad heredes transeat. Sic enim Reckavius lib. 3. art. 77. Spec. Sax. Thul ein Mann sein Land besät aus umb Zins oder umb Pflege, zu bescheidenen Tagen oder Jahren, also, daß man es ihm befäßt wiederlaßt, zu welcher Zeit er dann binnen den Jahren stirbt, man soll es seinem Erben also besät wieder lassen. Denn es jenem dieser, der es auch hält, nicht länger gewehren möcht, denn dieweil er lebt. Quæ ultima verba regulam continent aperte contrariam illi regulæ, quæ in L. 143. de R. I. reperitur: *Quod ipsi, qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstat.* Dic, quod mireris, JCrni iniquitatem legis hujus Saxonice non agnoverunt, sed secundum eam etiam judicarunt, uti Schneider. ad I. tit. de Locat. §. 11. & tit. de Act. §. Actionum de act. ex cond. n. 4. Colerus Decis. II X , 12. testantur. Tandem vero cum iniquitatem animadverterent, non tamen crediderunt, maiores nostros adeo imprudentes fuisse, ut tale quid aperte iniquum statuerent. Igitur, conciliacione adhibita, jus Saxonicum de re aliena locata explicare conati sunt. Primus id fecisse videtur Zobelius ad Spec. Sax. lib. 3. art. 77. lit. C. quem deinde secuti sunt auctor Consult. Sax. XXXVI. lib. 1. Weissemb. in D. tit. Locat. n. 13. At ii, qui regulam iuris Saxonici, quod scilicet heres facta defuncti praestare non debeat, sciunt, & verba allegati textus Saxonici, maxime illa: sein Land item: seinen Erben

Eben recte inspiciunt, facile, interpretationem istam & conciliacionem mere cerebrinam esse, intelligent. Vide Schilterum Exerc. 31, §. 18. Recte igitur Saxones nostri hodie, relatio iure patrio, ius Romanum, quod obligationem ex locatione in heredes etiam locatoris transmittit, L. 10. C. de Locato sequuntur. Richter Dec. 81, 6. In Electoratu quoque expressa desuper extat lex in C. El. 37. P. 2.

IX. Porro Saxones heredem etiam venditoris a necessitate praestandæ rei a defuncto venditæ liberant. Spec. Sax. lib. 1. art. 9. Stirbet einer, der sein Guth einem andern auflassen soll, dessen Sohn ist es nicht pflichtig aufzulassen, er habe es denn selber mit gelobt, oder Bürgen darvor gesetzt. At ius civile Romanum uti omnes actiones ex contractibus descendentes L. 49. de O. & A. ita quoque actionem erit contra heredes venditoris dari, eosque ad tradendam rem venditam obligari statuit. Quod mores per totam Saxoniam & Germaniam recepti sequuntur.

IX. Dispiciemus nunc de illa prisci juris Saxonici dispositione, qua commodatarius damnum, quod casu fortuito in re commodata accidit, ferre jubetur. Extat illa in Spec. Sax. l. 3. art. 5. Welcher Mann dem andern sein Guth thut zu behalten (deponit) wird es ihm gestohlen oder geraubt / oder verbrennt es ihm / oder stirbt es ob es Vieh ist / er darf so keine Noth umb leiden / thar er sein Recht darzu thun / daß der Schaden ohne seine Schuld sey geschehen: was man aber dem Mann zu gebrauchen leihet / (commodat) oder zu Pfand versetzt / das soll er unverderbt wiederbringen dem / der es ihm liehe oder versetze / oder soll es ihm gelten nach seinen Würden. Ex quibus verbis satis appetet, jure

Saxonico commodatarium commodanti, sive res commodata plane perierit, sive saltem casu fortuito deterior facta sit, ad damni hujus restitucionem obligari. Minus igitur accurate *Coterus P. 1. Decis. 7.* & qui eum sequitur *Carpzovius P. 2. C. 26. def. 6.* hunc textum, cum jure Romano eum conciliafuri, de deterioratione saltem rei, non etiam de ejus interitu explicant. Quanquam, & si hanc interpretationem, quæ tamen verbis antecedentibus aperte repugnat, recipias, nihilominus pugna, quæ inter jus Romanum & Saxonicum intercedit, non tollitur, ut quidem illi arbitrantur. Leges enim Romanæ nec eo quidem casu, quo res sine culpa commodatarii deteriorata fuit, eidem restitucionem damni imponunt *L. 10. pr. Commodati.*

X. Videndum vero nunc est, utrum æquius sit jus Romanum, quod commodatarium ab omni casus fortuiti præstatione liberat, §. 2. I. *Quibus modis re contrab. obl. L. 18. pr. Commodati* an vero Germanicum, quod commodatario eandem iniungit. Non pauci jus Germanicum præferunt, inter quos eriam videtur esse *Pufendorffus de Jure Nat. & Gent. 1.5.c.3. §. 6.* qui distinguit, utrum res commodata, quæ apud commodatarium periit, apud dominum quoque interitura fuisset, an non. Atque hoc posteriori casu restitucionem omnino ex regulis æquitatis fieri debere putat, *cum alias*, ut verbis ejus utar, *mea mibi benignitas nimio constaret, si preter usum gratuitum re quoque ipsa mibi sic carendum, quam non eram perditurus, absque altero si fuisset.* Neque apparer,

CHP

cur ipse magis, quam alter, infortunium praestare debeat, cum hic utique occasionem præbuerit, ut idem rem meam incurrire posset. Ego vero nondum satis istam æquitatem perspicio, propter quam a regula communis: *res perit suo domino*; sit recedendum. Is certe, qui occasionem saltem, sive, ut cum philosophis loquar, causam sine qua non, uti commodatarius, damno alicui dedit, nullibi ad id resarcendum obligatur, si ejusdem culpa absit. Sed, ait, iniquum est, commodanti suam liberalitatem nocere. Longe, inquam, iniquius foret, commodatarium majus ex commodato periculum sustinere & damnum metuere, quam ea ipsa, quam percipit, utilitas est. Accedit, quod commodatario plerumque cum commodato etiam propriæ res pereant. Hunc itaque præterea restitutione commodati onerare, impium quoque foret. Ergo æquitatem non repugnat, commodantem damnum, quod occasione liberalitatis suæ sentit, inter ceteros casus fortuitos ferre. Neque jus divinum sententiae nostræ repugnat, quod *Exod. XXII.*, 14. 15. distinguit, utrum commodans absens fuerit, cum res commodata periret, an præsens; atque illo casu commodatarium ad restituendum obligat, hoc autem absolvit. Ratio enim ejus distinctionis est praesumtio culpæ in commodatario, qui rem, si omnem diligentiam adhibueret, servare potuisse videtur; quam culpam commodans absens difficillime probare potest. Igitur ut *Rivetus ad eum locum ait, restitutio est imperata ad caverendos dolos & auerandam diligentiam in alienis rebus custodiendis.*

diendis. Quod si vero dominus praesens ipse, casum fortuitum intercessisse, viderit, vel is etiam aliunde liquido queat demonstrari, dubium non est, quin commodatarius, cessante supra dicta ratione, de jure quoque divino debeat liberari. Ceterum, quod ad usum iudiciorum attinet, illi ipsi quoque, qui juris Germanici dispositionem aequiorem putant, justamen Romanum moribus observari fatentur. Vide Schilterum Exerc. 25. §. 19.

XI. Plura supersunt iniuritatis jurium Saxonorum exempla, sed, quae in praesens explicare, instituti nostri ratio non permittit. Quare, ne nimis in maiores nostros injurii videamur, relictis antis per eorum erroribus, ad alteram dissertationis nostrae partem transeamus, atque ea capita, in quibus consuetudines Saxonicae Romanis praeferuntur, ostendamus.

XII. Inter virtutes juris Saxonici primum merito locum occupat ejusdem simplicitas, quae prorsus ab infinitis, quibus jus Romanum refertum est, subtilitatibus abhorret. Subtilitates appello eas sanctiones, quae omne suum fundamentum vel in recepta quadam rectaque ratione contraria regula, vel in contorto sophismate & fallaci conclusiuncula habent. Constitueram equidem, potissimas ex omnijure Romano excerpere, & in singulis breviter, quam illae nullum in iudicis Germanicis usum habeant, ostendere. Sed, dum primos titulos titulos inspicio, tantus se statim eorum aperit campus, ut multitudine obruar. Quamobrem, reliquo hoc consilio,

iis,

iis, qui libris scribendis operam navant, suadeo, ut Catalogum ineptarum & inutilium juris Romani subtilitatem nestant, sancteque affirmo, eos, si nullam prætermiserint, volumen primae magnitudinis esse confituros.

XIII. Ne tamen sine causa Justinianum ministros que ejus, &c. ex quibus hi omnia hauserunt, priscaos JCTos reprehendisse videamus, in praesens aliquot ius generis argutias ex doctrina de servitutibus realibus colligemus, earumque exemplo, quanta in reliquis sentina lateat, ostendemus. Huc refero 1. servitutem in faciendo consistere non posse L. 15. §. 1. de Servitutibus. 2. servitudes causam perpetuam habere debere adeoque nec foramen proliuendi pavimenti causa in vicini parietehaberi, nec aqueductum ex lacu vel stagno concedi posse L. 28. de S. P. V. 3. servituteim neque extempore, neque ad tempus, neque sub conditione, constitui posse L. 4. de Servitutibus. 4. ad servitutem constituendam ne cessè esse, ut utrumque prædium non solum vicinum, sed etiam in conspectu sit. L. 38. & 39. de S. P. V. 5. servitutem, ut pomum decerpere, spatiari & cenare in alieno liceat, constituti non posse. L. 8. pr. de Servitutibus cum tamen amoenitatis gratia servitus alias permitatur L. 15. de S. P. V. L. 3. de Aqua quor. 6. proprietarium, ne quidem consentiente usufructuario, servitutem suo prædio imponere posse L. 15. §. ult. de Usufructu cuius rei inepta ratio ex L. 165. de R. I. deducitur 7. unum socium communi fundo servitutem ne quidem acquirere posse.

L. 5

L. 5. Communia prædiorum L. 19. de S. P. R. Taceo reliqua.
Ea vero, quæ modo attulimus, tam manifeste absurdâ
sunt, ut aliquem hodie eorum usum supererit, nemo cur-
dator sit asserrurus.

XIV. Ibis subtilitatibus annumero fictiones juris
Romani, quando videlicet ad evitandam regulæ cujus-
dam antiquæ iniquitatem id, quod nunquam contigit,
contigisse fingitur. Sic tota de quasi contractibus do-
ctrina fictioni innicitur. Cum enim per legem XII. tabb.
nemo nisi ex consensu & facto suo obligareretur, stricto
jure tutor & negotiorum gestor adversus pupillum &
dominum negotii, qui nunquam consensum suum de-
claraverant, actionem non habebant. Opus itaque erat,
consensum, sine quo obligationem nullam nasci regula
juris erat, in illis fingere *L. 4. pr. de Pactis L. 13. §. ult. Com-
modati.* Pleraque juris Romani fictiones laudabili sa-
tis studio collegit *Antonius Dadinus Alteserra* in quinque
de Fictionibus Juris libris, quem vide. Non tamen elo-
giis, quibus ille fictiones juris exornat, assentio; inter
quæ illud profecto, quod ab initio starim habetur, nimium
est: *Infinite fictiones jure civili introductæ sunt optimo con-
silio, ut per eas perveniantur ad justum & equum; non dispa-
ri arte a nautica, qua aversi tendunt ad portum. Fictiones
scilicet sunt eximi colores, quibus veritas fucata non cor-
rumpitur, sed potius illuminatur.* Ego vero cum *Titio de
Fiction. Roman. natur. & inconcinn. commodius* sine ipsis
fictionibus ad justum & æquum perveniri potuisse, nul-
lamque ex illis necessariam hodie aut utilem esse, exi-
stimo

stimo, cum legislator sine ambagibus his jus statuere & a recepta regula, siquidem iniquum quid aut absurdum ex ea sequatur, recedere queat, præterea indeoles & simplicitas juris patrii tales fictiones non ferat. Non itaque erraverim, si in genere, omnes in judiciis nostris legiam Romanarum fictiones tanquam absonas & superfluas exulare, affirmem.

XV. Cum pluribus id exemplis demonstrare, instituti mei rationes non permittant, unicum de fictione unitatis inter patrem & filium intercedentis afferam. Fundatur illa in L. u. C. de Impuberibus & alii subdit. L. 22. §. 1. C. de Agricolis & censitis §. 4. de Inutil. stipulat. &c. Effectus hujus fictionis est, quod pater in suo testamento filium familias testem adhibere, cum eo contrahere, ipsi donare, actionem adversus eum in judicio instituere, aut ab ipso conveniri nequeat. Quæ omnia certe secundum jus naturæ & æquitatis regulas licerent & firma essent, nisi regula ista otiosa & inanis: *Pater & filius habentur pro una persona;* obstaret. Atque sic, quod tamen ipse Justinianus in L. i. C. *Vt actiones & ab heredibus abominantur,* propter nimiam subtilitatem voluntates contraherentium impediuntur. Quod profecto cordatores JCTi non ferunt, neque iis, quæ contra rationem a majoribus introducta sunt, cæci obtemperant, sed aequitatem potius rectamque rationem, excusso Justiniani jugo, sequuntur.

XVI. Ex his facile appareat, quid de per vulgata quaestione, utrum hodie donatio a patre in filium familiæ

K

millias

milia profecta, vel emtio inter eos celebrata subsistat, sentiamus. De donatione quidem res minus dubii habet. Eam enim expresse jus Saxonum in lib. 1. art. 10. approbat, cum *Speculum Sueicum cap. 118.* & 262. conspirat. Igitur donationem inter patrem & filium contra juris civilis dispositionem ex observantia & consuetudine in Saxonia sustineri, *Coleius Doc. 13. n. 3.* & *Carpzovius lib. 6. Resp. 119. n. 12, 14, 81,* & *P. 2. C. 12. def. 22.* affirmant. Sed de emtione venditione multi id negant, atque in illa, cum contrarium nullibi in jure Saxonico reperiatur, jus civile adhuc in *L. 2. de Contrab. emt.* obtinere debere, contendunt. Quam sententiam etiam hodie JCros & Scabinos Lipsienses fovere, ex duabus sententiis nuper admodum ab iis conceptis, nec non ex Responso Ordinis Juridici Lipsiensis de anno 1701. Mense Mayo, quod *Dn. Hornius* in *diss. de Prerogativa morum Germania in concursu cum legibus receptis sect. 2. §. 8.* exhibet cognovi; ubi emtio inter patrem & filium celebrata irrita declaratur, ex hoc solo fundamento, quod si ea ista unitas personarum, ut illae invicem contrahant, non permittat. Et fortassis olim etiam JCTi Vitembergenes cum iis consenserunt, qui tamen in praefensi, exploso unitatis segmento, posse patrem liberis etiam in potestate existentibus bona sua mobilia & immobilia valide vendere, arbitrantur. Atque ita bis in eadem causa Regimini Merseburgensi M. Febr. 1707. & M. Decembri 1717 & M. Decembri 1710. responderunt, dissentiente utroque collegio Lipsiensi. Operae pretium erit, rationes deciden-

di,

di, quæ posteriori sententia annexæ fuerunt, adjicere.
 Ob wohl eingewendet werden möchel/ ob könnte der Be-
 klagen nicht zu statten kommen/ daß juxta depositionem
 testium ihr Vater ihr das libellirte Guth und Pertinen-
 tien verkauffet/ in mehrerer Erwiegung/ daß dergleis-
 chen Contracte derer Eltern und Kinder / so noch in
 väterlicher Gewalt sich befinden/ vor beständig nicht
 zu achten/ inter patrem eam & filium nulla est obliga-
 tio §. 4. 1. de Inutil. stipular. nec inter eos emtio contrahi
 potest L. 2. L. 16. de Contrab. emt. auch/ daß Beklagte
 vorher emancipirt worden/ ex actis nicht zu ersehen/
 noch diesfalls eine tacita emancipatio zu präsumiren/
 oder aus der Constitution des Curatoris, so sie bey sol-
 hem Kaufe gehabt/ zu inferieren wäre/ Nullibi enim
 causum est, patrem, dum cum filio contrahit, eundem
 ad hunc actum emancipare censeri, bevoraus/ da sie
 damahls noch unverehliget/ auch bey ihrem Vater im
 Hause und an dessen Brode gewesen; Dieweil aber
 dennoch moribus Germanorum die Väterliche Gewalt
 nicht verhindert/ daß die Eltern mit ihren Kindern con-
 trahiren mögen/ sondern dergleichen Contract alle-
 diengs vor beständig zu halten/ Ignorat enim jus Ger-
 manicum fictionem unitatis, quæ impedit, quo minus
 inter patrem & filium aut obligatio nasci, aut contra-
 ctus iniri possit, unde & donatio a patre in liberos col-
 lata jure Germanorum subsistit, Land-Recht l. r. a. 10.
Spec. Suev. c. 118. Carpzov. L. 6. Resp. 118. n. 2. sqq. Idem P. 2.
C. 12, def. 22. Zobel P. 2. Diff. 15. n. 5. Coler. P. 1. Dec. 12. Conf.

K. 2

Dec.

Dec. El. 23. licet jure civili inefficax ea censeatur L. II. L. 17.
C. de Donat. und dahero es diesfalls entweder keiner
 emancipation nicht brauchet/ oder doch die Kinder ipso
 facto, indem die Eltern mit ihnen contrahiren/ tacite
 pro emancipatis zu halten/ conf. *D. Berger ad Brunnem.*
tit. de Adopt. q. 29. verb. *Oeconomia* & P. 2. *Resp.* 287. p. 527.
 welches in gegenwärtigen Fall umb so viel mehr statt
 findet/ da die Beklagte sich zu diesem Actu einen Cur-
 torum constituien lassen/ *D. Berger ad Brun.* d. I. p. 43 &
d. Resp. ubi monet, publice inter esse, ne ex nimia sub-
 tilitate contrahentium voluntates evertantur. So ist/
 wie im Uethel enthalten, von uns billig erkannt wor-
 den. Miki tamen, ne quid dissimilem, prior ratio a
 simplicitate juris Germanici, factam istam unitatem igno-
 rantis, petita abunde sufficit. Neque puto, ad tacitam
 emancipationem recurrentum esse. Vereor enim, ne
 fortassis, dum vetus figuramentum explodimus, in novum
 incidisse videamur.

XVII. Ceterum sunt aliqui, qui factam istam uni-
 tatem adhuc in usu esse, ex *C. El. Sax.* 10. P. 2. colligunt,
 ubi Elector: *Bei* in denen Sächsischen Rechten nir-
 gend zu befinden/ das die väterliche Gewalt insonder-
 heit aufgehoben/ so bleibt auch dieselbe nochmals
 nicht unbillig bestehen. Verum haec lex de jis saltim
 patrize potestatis effectibus intelligenda est, qui rectera-
 tioni & indoli juris Germanici non adversantur. ligi-
 tur, apud nos etiam patri usumfructum in bonis libe-
 rorum, jus modicæ castigationis in illorum personis &
 reliqua

reliqua competere, non nego. At si quæ patriæ potestatis jura legibus Romanis introducta æquitati & rationi repugnant, nullamque utilitatem præstant, sapientiorem fuisse legislatorem Saxonum existimo, quam, ut ea in usum reducere voluerit. Cessat itaque jus, liberos sanguinolentos propter pauperarem vendendi *L. 2. C. de Patribus qui filios.* Cessat potestas invitam filiam ad sponsum accipiendum cogendi *L. 12. §. 1. de Sponsalibus.* Cessat facultas, sponsalia filiæ rite celebrata contra voluntatem ejus dissolvendi *L. 10. de Sponsalibus.* Cessat jus præscribendi judici sententiam, quam is necessario in filium immorigerum stature debeat *L. 3. C. de Patr. potestate.* Vide *Carpzovium Quæst. Crim. 100. n. 35.* Cessat dispositio *L. 6. pr. Qui testam. facere poss.* quod testamentum filii, ne quidem consentiente patre factum subsistat; in mera quippe & inanis subtilitate fundata. Cessat nullitas nuptiarum a liberis sine patris consensu initarum *L. 2. de Ritu nuptiarum.* Cessat denique absurdum illud & inutile utilitaris figuratum.

XIX. Pergo ad doctrinam de pactis & conventionibus. Incredibile est, quantis illam difficultatibus, subtilitatibus & distinctionibus jus Romanum involvat. At Saxonum jus simplicius meliusque ex omnibus indistincte pactis; sive illa sint nuda sive non nuda, dummodo consensu perfecta, efficacem producit obligacionem. *Spec. Sax. lib. 1. art. 7.* Ver etwas verget oder gelobet/ der soll es gelten/ und/ was er thut/ das soll er stedt halten. Incidi non ita pridem in quandam

Henrici Bodini dissertationem, qua ille *Vindicias pactorum juris Romani ad demonstrandum, nec bodie ex nudo pacto actionem competere, exhibet; in qua ab initio, multa me singularia reperrum, credidi; maxime cum in proœmio judicium electoris a preconceppta opinione satis liberati nec sibi solum placentis, aut aliarum auctoritates sequentis requiri viderem.* Sed mirari desii, postquam ex §. 8. illum per nuda pacta tractatus & præfationes, uti in L. i. §. ii. de Extraord. cognit. & L. 134. §. i. de V. O. vocantur, in quibus voluntas se obligandi deficit, intelligere animadverti. Ejusmodi enim nuda pacta, si modo pacta propter L. i. §. 2. & 3. de Pactis vocari possunt, nec jure Romano nec Germanico actionem producere, unusquisque, licet obrutus præjudiciis, largietur. Atque secundum hanc sententiam JCros etiam Vitembergenses respondisse, in seq. §. ostendam.

XIX. Censetur autem voluntas sese obligandi abesse, quoties nullum certum conventionis obiectum est dereminatum. Hoc enim deficiente, quod tamen ad essentiam pacti pertinet, pactum & consensus intervenisse dici non potest. Exemplum eius rei elegans admodum ex Responso ICorum Vitembergenium Paulo Sulpicio Dresdeni M. Novembri 1709. dato afferam: *Dass die bey dem zwischen Sejo und Cajo getroffenen Vergleich gebrauchten Worte: es solle Sejus von Caji mit der Caja erzeugte zwey Kinder Consideration haben/ und ihnen es wieder genussen lassen; dem Cajo oder dessen Kindern kein jus agendi geben mögen;*

in

in Erwegung, daß dergleichen zweifelhaften und auf nichts gewisses gerichtete Versprechen in denen Rechten ganz keinen Effect haben / L. 56. §. 3. D. L. 17. C. Mandari, ibi: *incerte pollicitationis* L. 75. pr. de Verb. obl. sondern lediglich des promissoris Gutachten anheim gestellt / L. 108. §. 1. de Verb. obl. und von diesem auch mit einem sehr wenigen und geringen können erfüllt werden.

XX. Extat tamen in jure Romano exemplum, ubi promissio etiam generalis nec ad certam rem aut quantitatatem determinata efficacem producit obligacionem & actionem. Scilicet in singularem favorem dotis, cui multa alia privilegia data sunt, & hoc introducendum videtur, quod si sacer eam genero, non demonstrata re, vel quantitate, arbitratu suo promiserit, gener ex imperfecta hac promissione agere & judex dotis quantitatibus pro modo facultatem patris & dignitatem mariti constituere possit L. 69. §. 4. de Jure dotium. L. 3. C. de Dotis promissione. Neque dubiro, quin istae leges in judiciis quoque nostris, sicubi talis casus contingat, locum inveniant. Favor enim doris & apud Germanos receptus est. Quapropter non assentio Scabinis Lipsiensibus, qui apud Carpzonum Decisione 16. n. 18. & 19. sacerorum a genero suo ex hujusmodi generali promissione; es soll außer dem Hochzeit Geschende noch etwas anders folgen; conventum ab instituta actione liberarunt, quod huic promissioni etiam unico numo satisfieri potuisse putarent. At, licet hoc in aliis promissi-
nibus

nibus concedam, in dote tamen propter allatas modi rationes aliud dicendum fuisset.

XXI. Sed redibo in viam, atque usum ragulæ Saxonice, quod *omnia pacta honesta servari debeant*; contra Juris Romani subtilitates ostendam. Primo loco de pactis successorii, quæ scilicet super hereditate viventis ineuntur, agam. Hæc jure Romano prorsus improbantur & contra bonos mores esse dicuntur, quod plenam testandi libertatem alicui adimere aut saltem imminuere impium hoc jure habeatur, præterea hujusmodi pactiones plenæ tristissimi & pericolosissimi eventus esse videantur *L. 30. C. de Pactis.* At jure Germanico & Saxonico indistincte subsistunt. Cessat enim secundum principia juris patrii ista persuasio, quod summa hominis felicitas in libertate de bonis suis post mortem disponendi consistat, ejusque privatio crudelis & iniqua sit. Videamus quippe, ipsas interdum leges Saxonicas facultatem testandi alicui auferre. Quod potissimum in uxoribus fit, quæ geradam proxime cognatae, ceteram mobilia marito, immobilia vero, quæ tamen rarissime possident, plerumque liberis loco legitimæ relinquere necesse habent.

XXII. Deficit quoque apud nos altera, quæ Romanos ad prohibenda pacta successoria impulsit, ratio; frequentia videlicet pericula, quæ ex ipsis pactis oriebantur vitæ eorum, de quorum successione illa inita fuerant, propter quæ etiam talia pacta plena tristissimi & pericolosissimi eventus in *L. 30. C. de Pactis* vocantur.

Summa

Summa erat hac in parte Romanorum improbitas, ut illi, cui se successuros certo sciebant, non solum mortem optarent, sed & ferro, veneno aliquique artibus, ut citius spe sua gotirentur, promoverent. Non extra-nei solum, sed fratres fratribus, liberi parentibus, &c, quod incredibile nostro seculo videbitur, parentes libe-ris ob hanc causam insidias struebant. De matribus id

Juvenalis Satyra 6. testatur:

Vos ego, pupilli, moneo, quibus amplior est res,
Custodite animas, & nulli credite mensae;
Livida materno fervent adipata veneno.
Mordeat ance aliquis, quidquid porrexerit illa,
Quæ peperit, tumidus prægulset pocula papas.
Nos usinam vani, sed clamat Pontia: feci,
Confiteor, puerisque meis acomita paravi,
Quæ depensa patent, facinus tamen ipsa peregi.
Tunc duos una, sevissima vipera, mensa?
Tunc duos? septem, si septem forte fuissent.

Hinc Constantinus Imp. in L. 22. C. de Administratione
rutorum matres secundo nubentes plerumque novis ma-
ritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addice-
re, affirmat. Huc quoque pertinet calus, qui in L. 39.
de Pænis refertur, de muliere, quæ gravida a marito re-
licta, partum sibi accepta ab heredibus posthutno sub-
stitutis pecunia, abegerat. De heredibus extraneis in-
numera exempla afferri possent. Seneca l. 6. Consol. 4.
in casu, quo uxor, quæ maritum heredem scripterat
veneno occisa deprehenditur: Nolite, inquit, mirari, se

L

1418

tam efficax venenum est. Heres est, qui dedit. Galba apud Suetonium in vita ejus c. 9. tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, veneno necasset, in cruentum sustulit; implorantique leges & civem Romanum se testificant, quasi solatio & honore aliquo poenam levaturus, mutari multoque præter ceteras altiore & dealbatam statui crucem iussit. Neque moris tantum erat, veneno aut ferro occidere. Solebant securius alimeta aut medicamenta ægrotantibus denegare L. 3. de his, qua ut indignis.

XXIII. Frequentissimis his malis ut occurrerent & mederentur Romani, multa singularia constituerunt, quibus hodie, mutatis hominum nostrorum moribus in melius, opus amplius habere non videmur. Namque 1. noluerunt, ut educatio pupilli ei facile committiretur, qui proximam habet succendi spem, licet ipse pater hoc jussisset L. 1. §. 1. D. & L. 2. C. Vbi pupilli educari. Quod hodie usu non servari, quotidiana experientia docet. Deinde 2. patri, qui filio impuberi, si is intra pubertatem deceperet, heredem substituere volebat, permisérunt, hanc substitutionem in inferioribus tabulæ partibus scribere, eamque partem proprio lino propriaque cera consignare, & in priore parte testamenti cavere, ne posteriores tabulæ, vivo filio & adhuc impubere, aperiantur. Ita enim filius insidias heredis substituti, qui se substitutum ignorabat, evitabat §. 3. I. de Pup. subſt. Quam cautionem, et si testator adhuc habere adhibere queat, inutilem tamen esse puto. Tum 3. voluerunt,

runt, ut is, qui impuberem arrogabat, ne forte spe potiundæ ejus hereditatis illum necaret, ipse eidem non succederet, sed omne ejus patrimonium proximis agnatis restitueret. L. 18, 19, 20, de Adopt. Denique 4. ex eadem causa omnia pacta & stipulationes, quæ de hereditatibus & successionibus interponi atque votum captandi mortem alienam inducere poterant, prohibuerunt.

XXIV. Et forsan inter alias gentes recentiora exempla infidiarum ab indubitis successoribus & heredibus ei, de cuius successione agitur, structarum non deficient. Qua in re Itali maxime infames sunt, de quibus duo saltem illustria exempla in præsens afferam. Vnum est Alexandri VI. Pontificis, qui secundum *Guicciardinum* lib. 6. ad annum 1503. Adriano Corneto, Cardinali opulentissimo, cuius hereditati inhiabat, venenum in convivio instructo propinandum paraverat, per imprudentiam autem oscillatoris ipse exhaustus atque interiit; simili prorsus ei, quod *Lucianus in Dialogo Zenoponte & Callidemite* resert, exemplo. Alterum est Ludovici Sforziæ, qui, eilibus eodem *Guicciardino* l. 1. ad annum 1494. & *Johanno Pontano de Prudentia* l. 4. Joannem Galeatum, fraris filium, ducem Mediolanensem, cui succedere ex lege debebat, veneno interfecit.

XXV. At inter Germanos nostros hujusmodi malitia incognita sere est, neque exemplum ejusdem facile occurret. Cessante itaque hac ratione, cessat etiam ipsa pactorum successivorum prohibitio. Neque obstat, quod ejusmodi pacta efficiant, ut is, cui alterius here-

ditas promissa est, ejus mortem expectet, opterque, improbo certe voto. Hoc enim solum ad improbanda istiusmodi pacta non sufficere, unusquisque animadvertisit, cum alias vota etiam successio ab intestate, ex qua interdum improba haec vota quoque oriuntur, rejicienda esset. Quapropter nimis profecto delicatus est Hieronymus Schurffius, qui apud *Modestinum Pistoris* vol. i. conf. 8. *Cum quidam*, inquit, *princeps ante multos annos volebat me de feudo per vasallum possesto sub tali conditione investire, ego nolui, quia, cum scirem, me hominem miserum & peccatorem esse, difficulter me potuisssem continere, quod non affectasse mortem talis vasalli.* Et ideo dicta jura, scilicet 1. §. 27. & 2. F. 26. §. Moribus non inviterito reputatur odiosa. Tamen, quia ista jura recepta sunt, ab iis non receditur. *Pii ramen & viri bonarum conscientiarum vix laborant, ut taliter investiantur in feudi nondum apertis sub hismodi conditionibus.* Bonarum enim mentium est, timere culpam, ubi culpa minime reperitur, ut inquit B. Gregorius, *sed pauci sunt, qui illi curant propter nimiam avaritiam omnia exacta nent.*

XXVI. Communiter DD. inter pacta successoria affirmativa & negativa, item conservativa, acquisitiva, dispositiva & renunciativa distinguuntur. Sed nobis istae distinctiones magno usui non erunt, qui jure Germanico omnia pacta successoria in genere valere existimamus. Quod autem ad renunciations delatae hereditatis in specie attinet, de illis dubium non est, quinvalent, cum expresse in *Spec. Sax. l. l. art. 13. confirmen-*
tur.

tur: Hätten sie auch ihre Erbtheilung daran verlobt/
der sollen sie empfieren/ sie wiederreden es dann auf den
Heiligen / (per iusjurandum) verloben sie es aber vor
Gericht/ so mag man sie baß überzeugen/ denn sie es
unschuldig münden werden. Jus civile hujusmodi re-
nunciationes simpliciter improbat in L. 16. de Suis & le-
git. hered. At jus Canonicum medium sententiam te-
net, atque illas non aliter, quam si jurejurando corro-
borentur, admittit. c. 2. de Patis in 6to. Vnde acerrima
inter JCtos controversia est, an moribus Germaniae jus
canonicum receptum sit, & iusjurandum ad renun-
ciationes hereditatum necessario requiratur. Aliqui, in-
ter quos Divus Strykinus de successione ab interff. 10. diff. 8. cap.
10. §. 18. hoc affirmant Hartmanni Pistoris autoritatem
secuti, qui P. 4. q. 2. 3. 5. verba statuti secundum jus com-
mune & quidemira interpretanda esse ait, ut huic, quo
ad ejus fieri potest, minus derogent, atque adeo verba
Speculi Saxonici, qua supra atrulimus, adjurat renun-
ciationes restringi debere putat. Alii ex eadem ratio-
ne iusjurandum quidem masculis, de quibus Pontifex
in d. cap. non agit, remittunt, idem tamen a feminis
renunciantibus necessario exigunt. At nostri JCti sim-
plicitatem juris Germanici, cuius interpretatio tam ex-
tensiva quam restrictiva inepie, ut Schilterus Ex. 8. §. 40.
docet, ex juribus peregrinis desumitur, sequuntur, at-
que jure Germanico & Saxonico communi iusjuram-
entum neque infiliorem, neque in filiarum renunciatio-
nibus requiri statuunt. Atque secundum hanc sen-
tenti

tiam Jcti Vitembergenses M. Octobri 1709. Jo. Reinhardo Rœdero, Regiminis Regii Hohnsteinensis Advocato Ordinario responderunt.

XXVII. Afferam ipsius Responsi verba, ex quibus simul apparebit, renunciationem injurata etiam a minorenne factam convalescere, siquidem deinde a majoritate tacite, e. g. recipiendo pecuniam promissam, confirmetur. Dieweil Christopf Zeiz durch die ad acta gegebene schrifftliche Urkunden sattsamb dargethan/ daß seine Stieff-Kinder/ so wohl die Söhne als Töchter/ mit Beystand ihrer ehelichen Vormünder mit ihm transfigiret/ sich allen Anspruchs an ihm/ nicht alslein der väterlichen/ sondern auch/ nach erfolgten Tod-
de der damahls noch lebenden Mutter/ der Mütterlichen Erbschafft halber völlig begeben/ solchen Trans-
act, wenn auch gleich Anfangs derselbe wegen des ei-
nen Sohns minorenner oder andern Umständen
nicht alzurichtig gewesen/ nachgehends in der maio-
rennitie durch Empfahrung der versprochenen Gelder
und na:hmahlichen Renunciations mit Consens der
ehelichen und andern Vormünder ratificiret/ So mag
Christopf Zeiz von seinen Stieff-Kindern so wohl der-
selben Väterlichen/ als auch der Mütterlichen Erb-
schafft halber nicht in Anspruch genommen werden/
sondern kan sich dagegen durch gründliche Vorstel-
lung der ihm darwieder zukommenden Exceptionis
transactionis wohl schützen. B. R. W. Erant qui-
dem in collegio, qui pro usu juris Canonici pugnabant,

&c,

& ut verba hæc: im Fall cap. 2. de Pactis in 6to, welches
sonst bey Verzicht eines annoch lebenden Erbschaft
den End pro forma erfordert bey ihnen nach Strykii de
succ. ab init. diss. 8. c. 10. §. doctrin durch eine wiedrige
Gewohnheit oder statutum aufgehoben ist/ in fine Re
sponsi adjicerentur, urgebant. At vicit tandem eorum
sententia , qui istam juris canonici dispositionem nun
quam in Germania consuetudine universaliter receptam
tuisse, adeoque nec abrogationem ejus doceri debere
putabant.

XXIX. At in Electoratu Saxoniam, quod ad filias, jus ca
nonicum usu receptum est , earum renunciations ali
ter, quam si jurejurando confirmarentur, non admittun
tur. Quæ sententia tamen,usu judiciorum recepta, ut ve
rum dicam, non lege, sed erronea Conf. El. 35. P. 2. interpretatione nescit. Dicitur ibi, transactione & pacta ju
rata ob enormissimam lesionem rescindi non posse , fi
mul exemplum de filia, quæ paternæ hereditati me
diante jurejurando renunciavit, subjicitur, &, quod hu
jusmodi etiam renuncatio ob lesionem ultra dimidium
impugnari nequeat, asseritur. Sed an inde consequi
tur, filiam sine jurejurando hereditati paternæ valide
renunciare non posse? Non magis profecto, quam si ex
E.t. C. Si adversus venditionem, ubi emtione jurejurando
confirmata mentio sit , colligas, emtiones vendi
tiones non, nisi intercedente jurejurando, valide ce
lebrari posse. Sed cedendum est errori communi, quam
omnes, quos hucusque vidi, DD. in Collegiis & iudi

ciis

ciis constante consensu receptum esse testantur. Saltem cavendum est, ut, quam potest fieri, arctissimis limitibus circumscribatur. Ergo ille non ultra filias ad alias quoque mulieres extendi debet. Quamvis enim *Carpzovius* P. 2. C. 35. def. 7. in matribus etiam, quæ liborum, & sororibus, quæ fratrum hereditatem renunciant, iusurandum requirat, J^oci tamen Vitembergenses, teste *Dn. Hornio* in *Jurispr. Feud.* 16. §. 17. a *Carpzovi* opinione recesserunt, & M. Decembris 1693. nec non M. Jul. 1694. versus Plaviam in causa Annae Ottin contra Peter Schneider cum I^oCtis Lipsiensibus M. Febr. 1694. in eadem causa responderunt, ceterarum feminarum renunciations iureurando non indigere.

XIX. Reliqua pasta successoria, sive de propria pacientium, sive de tertii hereditate, & sive de integro patrimonio, sive de parte saltem ejus concipientur, indistincte valent, non in Saxonia solum, propter *Spec. Sax. l. 1. art. 7.* sed per totam Germaniam. Ita I^oCt Vitembergenses M. Mart 1710. Christiano Lindoltzio, Advocato Regiminis Halberstadiensis ordinario responderunt: Ob wohl nicht zu läugnen, daß der Lucreien die universal succession in alle des Theophilii Güther verindige der Ehesiftung anheim falle; dieweil aber dennoch nach denen heutigen durch ganz Deutschland eingeführten Rechten die Successiones universales nicht allein durch Testamente/ Codicille und Schenkungen auf dem Todes-Gall / sondern auch per contractus und pacta inter vivos hinterlassen werden können/ So mag die Ehesiftung deshalb/ weil darinnen ein Successor uni-

universalis verordnet / vor einem letzten Willen nicht gesachtet werden. V. N. W.

XXX. Sed, utrum huicmodi pacta successoria ab uno etiam pacientium, invito & ignorantia altero, revocari & mutari queant, non infrequens est in foro quæstio. Quam ego quidem ex principiis juris patrii, quod omnia honesta pacta servare iubet, simpliciter negandam esse puto. Vid. *Spec. Sax. l. 1. art. 7.* ibi: das soll er stedt halten. Hic vero usus judiciorum a simplicitate morum Germanicorum recessit, atque subtilitatem aliquam ex jure Romano invexit, cuius ad jus nostrum applicatio, ut verum fatear, nec ipsis Romanis legibus satis convenit. Distinguunt videlicet DD. inter pacta successoria, quæ per modum conventionis seu contratus, & ea, quæ per modum ultimæ voluntatis ineuntur. Illa dicunt esse irrevocabilia, hæc pro lubitu mutari posse. Ego, si omnia concesserim, hoc unicum mihi persuadere non possum, dari pacta, quæ contra *L. 1. §. 3. de Pactis* non per modum conventionis ineantur, adeoque nec efficacem & constantem obligationem producant.

XXXI. Quantumvis vero hæc distinctio paululum indoli juris Germanici repugnare videatur, usu certe non in pactis solum dotalibus, de quibus in *Saxonia nostra lex clara in C. El. 43. P. 2.* extat, etiam apud exteriores, teste *Divo Strykio in Cautelis contractum sect. 3. c. 8. §. 18, 19, 20,* recepte; sed & in ceteris pactis successoriis observatur, uti *J. C. Vitembergensis M. Aprili 1711.*
Hans George Henzen / Hüßnern zu Alten responderunt:

M

¶

Ist euer Bruder Christian Henze / verstorben / und hat
euch in seinem aufgerichteten lebten Willen zum Erben sel-
nes ganzen Vermögens, und darunter auch derjenigen Gel-
der / welche er von euch selbst wegen seines euer verkauftten
Antheils an denen väterlichen Güthern zu sodern gehabt /
eingesetzt. Weil aber die andern überlebende Geschwister
damit nicht zu frieden seyn / sondern Klage dieser Kauff-
Gelder halber wieder euch angestellet / so wollet ihr ob und
wie weit dieses ihr Suchen gegründet / des Rechtens beleh-
ret seyn ; Ob nun wohl in dem zwischen euch und euren sämt-
lichen Geschwistern über die vom Vater hingerlassene unbeweg-
liche Güther aufgerichteten Kauff Contract wegen der rück-
ständigen Kauff-Gelder / welche ihr als Käufer einem je-
den von ihnen auf gewiss Tage / Zeiten zu zahlen versproch-
en / dieses ausdrücklich verabredet worden / daß / im Fall eis-
nes von denen Contrahenten unverheyrathet verstürbe /
die Überlebende dessen Anteil zu erben hätten / in welchen
Wororden nicht undeutlich ein pactum successorium enthal-
ten / dergleichen denn / vermöge der in ganz Deutschland
eingeführten Rechte und Gewohnheiten / ganz wohl aufge-
richtet / und nachgehends von dem Paciscenten durch an-
derweitige Disposition nicht mag umgestossen werden / fer-
ner die in dem Testamente angeführten Ursachen also nicht
beschaffen / daß wegen selbiger dem überlebenden Geschwi-
ster das per pactum erlangte jus quæsitum entzogen wer-
den mögen ; wannenhero es das Aussehen gewinnet / ob sey
die angestellte Klage wohl gegründet ; Dennoch aber und
dieweil bey denen pactis successoris ein grosser Unterschied
zu machen / ob solche per modum contractus , oder aber
in

in vim ultimae voluntatis aufgerichtet worden / gestallt
in dem letzten Fall / wenn nemlich die Paciscenten sich des
Wortes Erben / Erbschafft / oder vergleichet bedienen /
vid. D. Berger. in Resolut. Lauterb. p. 543. ibique citatus
Surykius, Carpeov. P. 2. C. 43. def. 10. denenselben seherzeit /
davon wieder abzugehen und eine andere Disposition zu
machen / frey steht / Ultima enim hominis voluntas am-
bulatoria est usque ad mortem L 32. §. 3. de Donat. inter
vir. & ux. L. 30. de Donat. mortis causa. Bey welcher Be-
wandnüs / und da in dem obangeführten Paeto euer Ge-
schwister das Wort: Erben; gebraucht; Der Mit-Paci-
scente/ Christian Henhe keines weges dadurch also gebun-
den worden / dass er nicht durch einen anderweit gefertigten
lebten Willen dieses Pactum wieder aufzuheben / und auch
zum völligen Erben einzusezen besugt gewesen / So hat die
von eurem Geschwister wieder euch erhobene Klage nicht
statt. V. R. W. Cui sententia cum non acquiescerent
actores, sed processum continuarent, Scabini Lipsien-
ses, actis ad se transmissis, M. Junio. 1711. eundem in
modum, actionem videlicet locum non habere, respon-
derunt. Ut proinde dubium' non sit , distinctionem
iustiam communi Jutorum consensu in omnibus pactis
successoriis esse receptam.

XXXII. Cum tamen pacta successoria, quæ per mo-
dum conventionis ineuntur, & propterea revocari ne-
queunt, jure Germanico magis, quam pacta in vim.
ultimæ voluntatis condia coveniat, in dubio illa potius,
quam hæc, præsumuntur. Sola igitur mentio mortis
aut vocabulum hereditatis non efficit, ut pactum pro

M 2

ultima

ultima voluntate habeatur, si videlicet alia verba occurant, ex quibus, partes pacisci magis & se in vicem obligare voluisse, appareret. Res maxime ex arbitrio prudentis judicis dependet, qui generalem istam regulam observare debet: Quotiescumque verba dubia sunt & in utramque partem trahi possunt, pactum pro simplici seu per modum conventionis initio haberi debet. Convenit etiam hoc L. 1. pr. de Donat. & voluntati Electoris Saxoniae in Consit. 43. P. 2. ibi: Da es aber mit den Ehestiftungen die Gelegenheit hätte/ daß sie in vim contractus nicht können erhalten noch beschützt werden/ so sollen solche Ehestiftungen in vim ultimae voluntatis fräftig erkant werden.

XXXIII. Exemplis res optime declarabitur. Affiram itaque duo JCrorum Vitembergensium responsa, super hac distinctione data. Vnum est de M. Martio anni 1710. versus Halberstadt. Ex quo discimus 1. tunc, cum verba obligatoria adfunt, adjectionem clausulae codicillaris non impedire, quo minus pactum simplex & immutabile sit. Non credendus enim est quisquam, clausulam hanc adiecissem ad impugnanda sua judica L. 3. de Testim. milit. sed magis, ut in omnem eventum, si videlicet actus eo modo, quem directo intendit, subsistere nequeat, ex hac clausula sustineatur. Vide L. 29. § 1. Qui testamenta facere poss. ibi: quacunque ratione poterit; item; etiamq; intestatus dereliquerit. Deinde 2. observa, adhibitionem quinque testium, qui saltem in ultimis voluntatibus necessario requiruntur, L. ult. §. ult. C. de Codicillis C. El. 43. P. 2. pactum in vim ultimae voluntatis

luntatis factum non constituere, si verba contractum
 indicantia adsint. Licet enim ad conventiones duo
 testes sufficient, superflua tamen non noceat L. 17. C.
 de Testamento. Et ipse Imperator Maximilianus I. in
 Ordinatione Notariorum de anno 1512. tit. von Testamens-
 ten die S. Notarien so zu Testamenten suadet, in negotiis
 plures, quam lege requiruntur, testes adhibere, ne for-
 tassis, uno altero in habili reperto, illa corruant. Se-
 quuntur ipsa Responsi verba: Verlanget derselbe zu
 wissen, ob die zwischen Theophilo und Lucretien aufges-
 richtete Ehesiftung pro pacto in vita ultimæ voluntatis
 condicione zu achten, volglich von einem oder dem andern
 Theil per contrarium dispositionum aufgehoben werden
 könne. Ob nun wohl bey Aufrichtung derer pactorum
 dotalium inter vivos nicht mehr als 2. Zeugen vonnöthen/
 da hingegen alhier ihrer vielmehr gegenwärtig gewesen/
 hienächst Theophilus in selbigen seyn ganzes Vermögen
 nach seinem Absterben den Lucretien überlassen, und am
 Ende die clausularm codicillarem, das nemlich diese Ehe-
 siftung, im Fall sie als eine convention inter vivos nicht
 bestehen könnte, als ein letzter Wille, oder Codicell, oder
 Schenkung auf dem Todes-Fall kräftig seyn solle, hin-
 zugesetzen; Dennoch aber und dieweil eine Ehesiftung/
 voriennem keines vererben, und succedirens, sondern nur
 der Todes-Fälle gedacht, und, wie es nach selbigen mit eintz
 jenen Vermögen gehalten werden sollen, verordnet wird, per
 modum contractus afferichtet, also keines weges pro
 ultima voluntate zu achten. D. Berger Centur. 3.
 Capit. 14. Stryk de Caueulis conser. secund. 3. c. 8. §. 21. sqq.

M 3

und

und aber in gegenwärtigen zwischen Theophilus und Lucretia gemachten pacto nicht von Erbe oder Succession/ sondern vielmehr von Obligation und Vorpflichtung ges handelt wird; gestalt denn Theophilus sich darin obligat und verpflicht macht/ daß auf dem Fall seines tödtlichen Hintersts Lucretia sein Vermögen völlig haben und genügen solle; bey welcher Bewandtniß nicht abzusehen/ wie er der Lucretiae dasjenige/ worzu er sich obligiert/ ohne ihr Vorwissen und Einwilligung wieder entziehen könnte/ wie denn auch die grösste Anzahl der Zeugen/ als sonst bey actibus inter vivos gebräuchlich/ tanquam superfluum nicht schaden/ noch die Natur der vorgegangenen Handlung ändern oder umbkehren mag/ im übrigen die clausula codicillaris nur eventualiter hinzugesetzt/ diesemnach aniezo/ da die Chestiftung als ein pactum unter den lebendigen bestehtet/ hinwegfällt; So mag die zwischen Theophilus und Lucretia aufgerichtete Chestiftung pro pacto in vim ultimæ voluntatis initio nicht geachtet/ folglich von einem Theil wieder des andern Willen nicht aufgehoben werden. V. N. W.

XXXIV. Ex altero Responso ab iisdem ICris M. Iulio anni 1711. F. A. R. Advocato H. daro appetat 1. posse etiam pacta successoria inter vivos de integro alicuius patrimonio iniri; 2. verba; erblich zufallen; contractum magis indicare, quam ultimam voluntatem arg. L. 13. C. de Contrab. & committ. s. p. 3. ex sola voce hereditas, Erb- und Verlassenschaft non colligi ultimam voluntatem, si ceteroquin verba obligatoria & contrahibus convenientia adhibeantur; quod & C. El. 43. P. 2. non

non repugnat, ubi quippe ad pacta dotalia in vim ultimæ voluntatis consecuta non tantum mentio hereditatis, sed testamentaria dispositio, das die Erbschafft auf dem Todes-Hall darinnen vermacht werden / requiritur; nam & de hereditate pacta ineuntur; & non vitiari conventionem, nec ultimam voluntatem induci, tametsi in pactis legitima alicui e. g. matri relinquatur. Sed videamus ipsius Responsi verba: Felt Zweifel für / ob die zwischen den Amtmann / C. F. R. und C. M. W. ausgerichteten Ehe-pacta pro mixtis zu achten/ folgentlich durch ein von besagten R. hinterlassenes Testament umbgeslossen werden können; Ob nun wohl der Bräutigamb in angeführter Ehestiftung, daß sein ganzes Vermögen nach seinem Absterben der Braut erblich zufallen / in gleichen derselben siey stehen solle / sich seiner Erb- und Verlassenschaft anzumassen / und Kindes-Theil zu nehmen / oder sich deren zu enthalten / verordnet/ welche Worte denn kein pactum inter vivos, sondern einen lebten Willen/ welchen ein jeder nach Belieben aufsheben mag/ anzeigen scheinen/ ferner der Bräutigamb seiner Mutter das rechtliche Pflichttheil / dergleichen nur per modum institutionis hereditatis verlassen werden mag/ zu reichen befohlen/ endlich bey Ausrichtung dieser Ehestiftung. Zeugen gegenwärtig gewesen/ da doch bey Verfertigung derer pactorum dotalium inter vivos nicht mehr als 2. erfordert werden / Wannenhero es das Aussehen gewinnet / ob sey bemeldete Ehestiftung pro pactis mixtis und also revocabilibus zu achten / Dennoch aber und dieweil nach denen heutigen durch ganz Deutschland eingeführten Rechte die universal succession in dem ganzen

ganzen Vermögen nicht allein durch Testamente fideicomissa und Schenkungen auf den Todes-Fall/ sondern auch per contractus und pacta inter vivos verlossen werden mag/ hiernechst eine convention in dubio viel eher pro simplici & inter vivos condita, als pro mixta zu halten / arg. L. 1. pr. de Donat. und solches umb so viel desto mehr/ wenn darinnen/ wie in gegenwärtiger Ehestiftung/ von Verbindung/ zubringen/ behalten/ gehandelt wird; bey welcher Bewandtniß die Worte: erblich item zufallen; in keine Betrachtung zuziehen/ gestalt das erstere ggr füglich auch bey Handlungen unter denen lebendigen gebraucht werden kan / Stryk de Cautelis contractuum Sect. 3. c. 8. §. 22. D. Berger in Resolut. Lauterb. p. 543. das andere aber nur de effectu und executione pacti zu verstehen ist/ wie denn auch die Worte: Erb- und Verlassenschaft; alhier nicht im Wege stehen; indem/ wie oben angeführt/ auch von der Erbschaft pacta inter vivos ausgerichtet werden mögen; überdies die Disposition, darinnen von der Erbschaft ges handelt wird/ auf dem Fall/ wenn der Bräutigam/ Kind hinterlässt/ zu ziehen/ bisemnach anjezo/ da solcher nicht existiret/ unkräftig ist; immassen ferner die Vermählung der Legitimae an die Mutter/ ingleichen die grösste Anzahl der Zeugen/ als sonst bey actibus inter vivos gebräuchlich/ tanquam superfluum L. 17. C. de Testamento denen pactis selbst nicht schaden kan/ im übrigen beyde Theile zu Ende der Ehestiftung ihnen die Macht/ solche in ihren favore zu verbessern/ und einander noch gütlicher zu thun/ und etwas mehreres zu vermachen/ vorbehalten haben/ woraus denn ducto argumento a contrario sensu, daß ihnen/ solche einander zum Praejudiz zu ändern/ nicht frey

frey sehe / wohl geschlossen werden kan / So ist die von C. F. R mit C. M. W. aufgerichtete Chestiflung pro Simpli- ci zu achten / und hat von besagten R. durch einen letzten Willen nicht aufgehoben werden mögen. V. R. W.

XXXV. Porro regula iuri Romani est: Pactum inter socios initum de societate etiam in heredes continuanda est inutile L. 35. L. 59. pr. Pro socio. Societas enim in heredes nunquam transit, cum personae industria sit electa §. 5. I. de Societate L. 56. §. 9. Pro socio. Praecipua autem ejus dispositionis ratio in obo societatis & communionis posita est, quippe quæ pro matre litium & discordiarum in jure Romano habetur L. 77. §. 20. de Leguis 2. adeoque magis pro illa dissolvenda quam conservanda laboratur. At, cum jure Germanico, maxime autem Saxonico, secundum Speculum l. 1. art. 7. omnia pacta, quæ modo honestati bonoque publico non adversantur, valeant, non dubito, quin & pactum de societate in heredes continuanda, quod nihil absurdum continet, sit servandum. Licet enim communio mater litium adeoque odiosa in jure civili vocetur, sed tamen bac prole, ut recte monet Dr. Beyer in Post, ad II. tit. Communi dividendo §. 6, communioni male attribuiatur, quæ non etiam matrem agnoscit, quam virtus condonorum. Neq; obstat, quod iniquum sit, alterum compellere, ut societatem cum personis, quarum mores ipse non perspexit nec elegit, continuare cogatur. Ego namque nullam video iniquitatem in eo, ad quod quis sponte se obligavit. Quare cum Scabinis Vitembergensibus M. Ian 1708. casus offerretur, quo socii invicem contraxerant, ut societas in heredes etiam transiret, daß bis auf den letzten Martii 1718 ihre Erben und Erbnehmen, wenn inzwischen einer von ihnen beyden versterben möchte, gebunden und gehalten, seyn und sie nicht Macht haben sollten, vor Endigung dieser Compagnie Zeit ad divisionem zu provociren; non dubitarunt illi responderes, quod hujusmodi

N

pact-

pactum societate adiectum valcat. Integrum Respossum exhibet Dn. Werner P. 1. Operv. 167, ex quo tantum rationem decidendi, quæ nostram sententiam de omnium honestorum pactorum in foris Germanicis valore maximopere confirmat, afferam: Dieweil denen Gewohnheiten und Herkommen nach heut zu Tage in materia pactorum & contractuum nicht auf die apices juris Romani gesohen, sondern secundum simplicitatem juris gentium ein jedes Versprechen, so der natürlichen Erbarkeit nicht entgegen, und dadurch den gemeinem Wesen oder einem contrahirenden Theile keine unbillige Beschwerde zugezogen wird, vor händig zu achten, in denen Fällen auch, wo die Römischen Gesetze kein Ius exigendi verstateten, die bekante Conditio ex moribus überall gebrauchet, und die Regula iuris naturalis: fidem datam esse servandam; beobachtet wird ic. So ist der Vergleich, daß, nach eines Consorten Absterben, desselben Erben bey dem Genüg der Compagni Handlung verbleiben sollen, zu Rechtkräftig und beständig. V. R. W. Nec Scabinis saltem Vitembergensibus, sed ICtis etiam Hallensibus & Collegio mercatorum, quod ad diuidicandas eorum causas Lipsiae constitutum est, eandem sententiam placuisse, docet Dn. Berner Suppl. ad Discpt. Forens. p. 245. C. 271. P. 2.

XXXVI. Iure Romano clausula derogatoria testamento adiecta, qua videlicet testator facultatem sibi adimit, factum testamentum revocandi, plane inutilis est. Ambulatoriae enim sunt ultimae hominum voluntates usque ad vitæ supremum exitum L. 4. de Admendis vel transf. leg. At iure Germanico firmum est & immutabile testamentum, cui haec clausula per modum pacti adiecta est. Dico: per modum pacti. Simpliciter enim a solo testatore addita effectum non habet, cum nemo sibi ipsi possit legem dicere, a qua recedere nequeat L. 22. pr. de Legatis; Necesse itaque est, ut alter concurrat, cui per clausulam istam promissio de non mutando fiat, quique eandem promissio-

missionem acceptet. Tale enim pactum, cum nihil inkondest
contineat, iure Germanico per sepius allegatum regulam ex
Spec. Sax. l. 1. art. 7. utique valebit. Agnoscit hoc etiam
Brunnemaunus ad L. 22. de Legatis 3. n. 9.

XXXVII. Agnoscent idem Divus Sylkius in Cautelis
testamentorum c. 24. §. 23. & Schilterus Ex. ad x. 39. § 58. atque
coniugibus, qui reciproca testamento condunt, hanc utilissimam
cautelam praescribant, ut invicem sibi stipulentur, se omnia
in testamento suis contenta irrevocabiliter conservare velle.
Qualis mutua promissio non, ut dilli auctores existimare vi-
denter, saltem eoram iudice & actis, sed & extra iudicium
recte fieri potest. Expressa tamen adiici debet pactum de
non revocando. Neque enim tacite subintelligitur, sed regu-
lariter utriusque librum est, dispositionem suam, invita etiam
& ignorantie altera parte, mutare. Quamvis enim Titus
ad Lauterbachiam Obseruat. 807. diligenter, atque hanc sententiam
candori Germanorum parum convenire, & mutandi facultatem
ab impostura, cuius Ictos nostro merito pudere debeat, ab-
solvi non posse existimet; apposite tamen eidem respondet
Carpzovius P. 3. C. 7. def. 21, alterum sibi imputare debere, quod
testamentum reciprocum elegerit, nec lege vel conditione
expressa sibi suisque prospexerit, cum scire deberet, testa-
menta obnoxia esse mutationi. In postor certe non est, qui iure
sibi a legibus concele uititur.

XXXIX. Ita tamen sententia, quam Lauterbachius Com-
pend. D. tit. de Inuiso, rupto, irrato & Carpzovius P. 3. C. 2. def. 12.
fovent, quod mutua testamenta coniugia ab uno revocari
possint, licet alter iam sit mortuus, temperari debet, ut mutatio
illa tantum quoad bona superstitis coniugis valeat, non vero
patrimonium defuncti afficiat, cuius quippe de eo dispositio
alterius voluntati subiacere non debet. In mutuo enim te-
stamento duo revera sunt testamenta, duaeque hereditates.
Ergo alterutro licet revocato, alterum tamen firmum manebit.

Gail. 2. O. 117. n. 2. Mynfinger Cent. I. O 8. n. 6. Vac itaque, coniuges se invicem heredes ex aſſe instituisse, ſimil vero, ut post utriusque mortem Titius in integrum hereditatem succederet, voluisse. Licebit hoc eaſu coniugi ſubertiſti aliud teſtamentum confidere, Meviumque heredem ex aſſe nuncupare. Is Mevius tamen utriusque hereditatem non capiet, ſed eius, qui primum mortuus eſt, patrimonium Titio tanquam ex fideicommisſo reſtituere debet. Ita 1Cti Vitembergenses M. Aprili 1711. Caſimiro P. responderunt: Haben Bernhardus L. und daffen erſtes Cheweib Caia, gebohrne Saltin im Jahr 1684. ein Teſtamentum reciprocum, und darauff den 17. December 1697. einen anderweitigen leſten Willen außergerichtet, und gerichtlich niedergeleget, darinnen ſie beyderſeyts denselben und daffen Cheweib, Barbaren K. nebst Isaack, welcher leßtere aber vor beyderſeyts Testatoribus verſtorben, zu ihren Erben eingefetzt. Nachdem aber ermeldete Caia Saltin verſtorben, hat Bernhardus benebst ſeinem Cheweibe anderer Che, Paulina, ein anderes Teſtamentum reciprocum errichtet, darinnen ſie einander beyderſeyts reciproce zu ihrer geſammtten Verlaſſenſchafft zum Erben eingefetzt, und nur mit einigen Legati onerirer; Als nun hierauß auch Bernhardus unlängſt mit Tode abgangen, ſo verweigert daffen nachgelassene Wittbe ſich, dasjenige, was von ihres Chemanes erſten Cheweibe in den anno 1697. geſertigten Teſtamente demſelben vermachet worden, ihm auszuarbeiten, und prætendiret vielmehr, nach dem leſten Teſtamente alleine zu ſuccediren, derowegen derselbe, ob nicht mehrgedachte Paulina vermöge des Teſtaments de anno 1697. der Caiae Saltin Verlaſſenſchafft ihm abzutreten verbunden ſey, beichtet zu werden verlanget; Ob nun wohl vermöge derer Rechte ein lechter Wille per teſtamentum potius aufgehoben und unkräftig gemacht wird, L. 4. de Adm. vel transf. legat, und auchia teſtamentis coniugum reciprocis
denn

dem überlebenden Ehegatten, von dem vorhin gemachten Testamento wieder abzugehn, und nach dem Tode des einen Theils einen andern letzten Willen zu machen, frey steht, Corpov. P. 3. C. 2. def. 12. Merv. P. 9. dec. 1698. Brynnerem. ad. L. 22. de Legat. 3. n. 4. und daraus, das Bernhardus L. sein und seines vorigen Cheweibes sämtliche Verlassenschaft seiner lebigen Witwe zu zuwenden wohlberechtigt gewesen, inferret werden möchte, bevoraus, da in dem Testament von anno 1697 ausdrücklich enthalten, das selbige disposition nur vor des lebendigen Ehegattens letzten Willen gehalten, und, was in beyder Mahmen verordnet, als wenn es von dem lebendigen alleine gejchen, verstanden werden solle, auch das Testament de anno 1684. durch das von anno 1697. nicht aufgehoben worden, weilen dieses letztere nur auf dem Fall, da beyde Cheleute sterben würden, gerichtet, und demnach Bernhardus L. seines ersten Cheweibes Erbe allerdings worden, dahero, das er auch über solche Verlassenschaft, so wohl als über sein eigen Vermögen disponiren können, und demnach seine hinterlassene Witwe demselben etwas zu erstatte nicht schuldig sey, es das Ansehen gewinnen könnte; Dieweil aber dennoch in oberimden Testamento vom 17 Dec. 1697. ausdrücklich enthalten, dass Bernhardus L. und sein Cheweib, weinl ihr voriges Testament von anno 1684. nur auf dem Fall desjenigen, der unter ihnen am ersten sterben würde, und nicht zugleich auf des überlebenden Hinricht gerichtet, sich gefallen lassen, und einander feste versprochen, das diejenigen des überlebenden Ehegatten Erben seyn solten, so beyde hierzu ausersehen und nachmals benennet, diesemnach solcher letzter Wille von anno 1697. vor ein fideicommissum reciprocum zu halten, Kroft dessen der überlebende Ehegatte verbunden, nach seinem Tode des zuerst sterbenden Theils Verlassenschaft denen im Testament exprimiten hereditibus fideicommissariis zu restituiren. dem hereditiducario auch nicht freystehet, in præjudicium fideicommissi etwgs

zu disponiren, und die oben angeführte Worte, daß das
Testament de anno 1697 vor des lebt mit Tode abgehenden
Ehegattens letzten Willen gehalten werden solle, keineswegs
dahin zu verstehen, als ob denselben dadurch freye Macht, von
demjenigen, was beyde Theile einander versprochen, wieder ab-
zugehen, gegeben worden, sondern, dem Anschein nach, der beyden
Tektatorum Meynung nur dieses gewesen, wie daß der über-
lebende Theil erst nach seiner Tode zu Restitution der Erb-
schaft ex fideicommisso verbunden seyn solle, im übrigen vermö-
ge der Rechte ein fiduciarius ex fideicommisso den vierten Theil,
so Trebellianica genannt wird, abzuziehen berechtigt; So
erscheinet hieraus allenthalben so viel, das Paulina denselben
der Caia Saltin Verlassenschaft, nach Abzug des vierten
Theils, vermöge des fideicommissi von anno 1694 abzuziehen
und auszuarbeiten pflichtig sey. V. R. W. Contentum
nobiscum ICui Lipsiensis apud Carpzorium P. 3. C. 7. def. 21. At
Scabini Libsiensis super eodem casu M. Maio 1711. consulti in
diversam sententiam abierunt, atque, heredem a suberstite
conjuge in ultimo testamento institutum priori heredi nihil
restituere debere, responderunt; moti maxime verbis prioris
testamenti, daß, ob schon die Disposition aus beider Willen
entsprossen, solche doch nicht anders, als nur vor des lebenden
Ehegattens letzten Willen gehalten werden solle; quibus super-
stiti facultatem integrum testamentum mutandi concessam
crediderunt. Quamvis de cetero nobiscum fareantur, regu-
lariter, cum hujusmodi verba non extant, suderstitem testamen-
tum quod ad suam saltem, non quod ad defuncti hereditatem,
mutare posse.

XXXIX. Donationes omnium omnino bonorum, tam
præsentium, quam futurorum, irritas esse, plerique DD affir-
mant & rationem ex L. 61. de P. O. afferunt, quod sic testandi
facultas donatori admatur, idque bonis moribus repugnat.
Et hanc sententiam universali iudiciorum usu receptam esse,
testan-

testantur *Carpzovius P. C. 12. def. 26.* & *l. 5. Refg. 6.* *Adevius ad Ius Lubec. c. 9. 4.* *Habnius ad Wesemb. tit. de Donat. n. 5.* *Klock de Contrib. l. 12. n. 202.* *Heig. P. 1. q. 23. n. 6.* *Sim. von Leuwen Cens. For. 2. 8. 15. & 4. 12. 13.* *Quare & Esbachius ad Carpzovium P. 2. C. 12. def. 26.* donatori omnium bonorum consilium dat, ut sibi summulum aliquam, super qua testari possit, reservet, atque ita cavillationes & disputationes advocatorum effugiat. Cum tamen plerique DD. qui de communis isto iudicorum usu testimoniis prohibent, hanc ipsam sententiam parum fundatam, fateantur, indignum est ICtis praesertim Germanis praxin, quae propter deficiendum rationem error potius communis dicenda est, sequi. Praeterquam enim, quod ipsum ius Romanum universales huiusmodi donationes non improbat L. 35. §. 4. & 5. C. de Donationibus si vel maxime illud dissentiret, ius Germanicum certe omnia pacta honesta, tameret per illa libertas testandi infringatur, admittit. Quapropter ICti lensenses anno 1674. apud Struvium Decis. 18 cap. 33. & Vitembergenses anno 1678. apud Dn. Beyerum in Post. ad II. tit. de Donationibus §. 5. lit. c. relicto errore communi, donationes omnium bonorum presentium & futurorum in Germania valere, responderunt.

XL. Iure Romano pactum in mutuo interponi nequit, ut debitor plus restituat, quam ipse accepit. Ratio redditur in L. 17, pr. de pactis & L. 9. C. de Non numerata pec. quod mutuum sit contractus realis, adeoque nemo ultra id, quod re ipsa accepit, obligari queat. At hodie huiusmodi pacta quotidie celebrantur, neque a iudicibus impropantur, Brunnem. ad L. 11. §. 1. de Rebus creditis n. 8. recte quidem secundum regulam iuris Germanici, quod omnia pacta honesta servare juber. Necesse tamen est, ut id, quod amplius in mutuo promittitur, legitimam usurarum quantitatem non egrediatur. Alias enim is, qui cum altero tale pactum initit, improbus, foenerator erit, atque in poenam usurariae pravitatis incidet

C. de Vsuris L. 13. §. 26. de Aet. emi. Rec imperii de anno 1577. tit. 17. Vnde apparet, illicitum esse pactum, si quis credentem
cum thaleros in moneta vulgari, solutionem in moneta imperiali,
an specie Thalern, promittat. Hoc enim sine dubio
usuras legibus statutas excedit. *Philippi in Vsu pratt. Inst. Lib. 13.*
Ecl. 25. n. 12.

XLI. Revertor ad pacta dotalia, de quibus iam supra
actum est. In his sumam aequalitatem requirit ius Romanum,
adeo, ut neque maritus uxori, neque uxor marito amplius lu-
crum, quam quod alter percipit, constitutere possit, & si
constitutat, id, quod abundat, pro non adiecto habetur. *Novella*
97. c. 1. Junge L. 9. & 10. item Autb. Aequalitas C. de Pactis con-
ventis. Ratio adiicitur in Nov 97 quod non aliter iustitia &
aequitatis servari possit. At nos hoc ipsum iustitia & aequitatis
regulis repugnare putamus, quod non licet alicui, pro lubitu
de rebus suis pacisci, maioreque alterum, quam quod ipse ac-
cipit, beneficio afficere. Neque video, quomodo haec inaequa-
litas matrimonii nocere, aut mutuum coniugum amorem im-
minuere possit; prasertim, si alteruter coniugum locupletior
alterius tenuiorem fortunam liberalitate sua sublevare velit.
At, inquis ex *L. 2. & 3. pr. de Donat. inter vir. & ux. amor hone-*
stus solis animis astimandus est, & cave ri debet, ne venalia
fiant matrimonia & ne concordia pretia conciliari videatur.
Hæc certe cautio censorem morum & suptilem philosophum
magis, quam legislatorem, decet, Cur enim, ut amor coniu-
gum purior reddatur, omnisque spes lucri & commodi ab sit,
dotes & donationes propter nuptias non proorsus e republica
tolluntur? cur liberalitates in vicem amicorum, quorum con-
functio itidem animis non utilitate astimari debebat, tolerantur? Et cur denique Imperator Iustinianus in eadem *Novella*
97. c. 1. id, quod in pactis dotalibus prohibet, extra illa fieri
permittit, ut is inter coniuges, qui altero ditione est, possit ei
per alium modum legitimum tamen & agnatum nostris legibus cle-
mentiam praebere? Ego profecto cauam non video, propter
quam

quam id, quod extra pacta dotalia fieri potest, in illis non licet.
 Quapropter omnes ferre DD. & inter hos ipse *Acurus ad Autb. Aequalitas C. de Pactis conventis*, aequalitatem istam a lustiniano in pactis dotalibus praeceptam usu non servari, fatentur.
 Quae res in Saxonia nostra, & propter regulam generalem de omnibus pactis honestis servandis, & propter expressum textum in Spec. Sax. lib. 3. art. 74. ibi: als viel von des Mannes Guth, als ihr gelobt ward, da sie zusammen kommen; minus dubii habet. Vide Henning Goeden *Cons. n. 20. 27. 28. sgg.* & *Coerum P. I. Dec. 192.* Ut adeo merito ridendus sit *Glossator Germanicus ad Spec. Sax. l. 1. art. 20. vace:* Die Gever aber qui Novellam in practica, servari putat. ICt certe Vitembergenfes, neglecta hac practica, pacta dotalia, quibus maritus omnia bona sua in uxorem transfluerat, ab ea vero sibi maxime in aequale lucrum stipulatus erat, valida pronunciarunt, atque sic M. Martio 1710. Christiano L. Advocato Regiminis H. responderunt: Fällt Zweifel vor, ob dieses, daß Lucretia nicht hinwiederum von ihren ganzen Vermögen disponirt, der Chestissung praejudicieren könne; Ob nun wohl nach denen alten Rätherlichen Rechten eine genaue Gleichheit zwischen denen Eheleuten in denen pactis dotalibus in acht genommen, und keinem Theil ein mehrer, als dem andern, aus eines jeden Vermögen zugewendet werden soll, *Autb. Aequalitas C. de Pactis conventis Nov. 97. c. 1.* Dennoch aber und dieweil die natürlichen und alten teutschen Rechte eine jedwede Convention, welche nichts ungebührlich in sich begreift, vor kräftig und gütig halten, ferner nicht abzusehen, aus was Ursachen einem Bräutigamb oder Braut, dem andern ein mehrer aus ihren Vermögen in der Chestissung zu versprechen, nicht vergönnet seyn solle, imbrigen obangeführte Kaiserliche Rechte nach einheitlicher Meinung aller Rechtsleter in Deutschland niemahls eingeführet und angenommen werden, So kan dieses, das nur der Bräutigamb,

O

gamb,

gamb, nicht aber die Braut von threm ganzen Vermögen disponirt, der Ehestiftung nicht schaden. B. R. W.

XLII. Ius Romanum licentiam pacta dotalia conficiendi restringit, dum ne deterior mulieris conditio fiat L. 14. & 17. de *Pactis dot.* adeo, ut pactum contra dotem non esse servandum Vlpianus in L. 2. de *Pactis dotal.* pronunciet. Iterum, cur hoc ita constitutum sit, non video. Si ideo, ut mulierum facilitati succuratur, cur non etiam in aliis pactis, quibus feminae conditionem suam deteriorem reddunt, iisdem succurratur? Si vero ob favorem dotis, hic favor ideo introductus, ut mulieres facilius maritum inveniant L. 1. *Soluto matrimon.* L. 2. de *Iure dot.* contractis semel nuptiis & multo magis, soluto matrimonio, tantus amplius non est. Igitur facile assentio Schiltero in *Exerc.* 36. §. 92. existimanti, regulam istam, quod per pacta dotalia saltrem melior, non deterior conditio mulieris fieri possit, iure Germanorum non obtainere.

XLIII. Porro in L. 1. & 2. C. *Ne fideiassores vel mandatores dotium dentur prohibetur*, ne uxor dotis servandae causa fideiassorem a marito accipiat. Iniquum enim Imperatoribus Romanis esse videtur, ut, cum mulier vitam suam marito credat, bona non committat, fidemque magis alieno homini, quam amori coniugali habeat, atque sic *causa perfidiae in connubio eorum generetur*. Sed parum accurate in b. L. 2. nec non in L. 8. C. de *Pactis conventis* philosophatur Imperator, dum

dum argumentum a majore ad minus, a vita ad bona deducit. Evidem ipsam regulam in L. 21. de R. I. proposam, quod ei, cui plus licet, debeat etiam licere, quod minus est, non impugno, neque nego, a majore ad minus argumentum desumi posse. Verum hoc de rebus sibi invicem subordinatis, non de quibuscumque intelligentum est. Fateor, majus esse vitam seu corpus minus bona. At subordinata non sunt. Vnum enim sine altero esse potest. Accidit saepe, ut iuvenis vitam suam animumque praceptoris formandum committat, cuius fidei nec minimam bonorum suorum partem crederet. Et magistratus saepe facultatem habent, vitam delinquenti, non etiam bona auferendi Nov. 134. c. ult Ord. Crim. art. 218. Cur ergo feminae non liceat, se corpusque suum marito sine cautione committere, cum ratione ejus nullum ipsi periculum imminet; sed pro dote & bonis, de quibus secuta non est, fideiussorem exigere? Nec est, quod pudicitiae ejus cum Imperatore timeas. Ridiculus enim iste merus, ex zelotypia fordaffis, Italos & ad Orientem expositis gentibus familiari, profectus inter Germanos locum non invenit. Neque video, quamobrem castitati uxoris magis a fideiussore dotis, quam testibus ad conscribenda pacta dotalia adhibitis metuatur. Ergo iam diu istam iuris Romani dispositionem sustulit Innocentius III. pontifex in c. 7. X de Donationibus inter vi rum & uxorem, atque in casu, quo maritus cautionem praestare nequit, dorem mercatori cuidam committere

& usuras inde redactas marito ad sustinentia matrimonii onera exsolvere iubet. Quod ad usum iudiciorum nostrorum attinet; et si *Wissenbachius* ad tit. *D. de Fideiussoribus* §. 2. hanc questionem plane inerter & otiosam putet, quia uxori tacita hypothesca competit in bonis mariti; unusquisque tamen videt, tunc eam utilissimam futuram, cum maritus vel nihil in bonis haberet, vel obaeratus est. Ceterum DD. inquam omnique ratione destitutam juris Romani dispositionem esse animadvententes, ex reverentia tamen erga leges Iustinianaeas directo illam impugnare non audent, sed allatis variis restrictionibus, cautellis & distinctionibus cludunt. Alii inter fideiussorem de dote conservanda & fideiussorem de dote solvenda plus quam subtiliter distinguunt, & hunc, non illum admittunt. *Dyn. apud Bartol. in L.* Si constante §. *Quoties n. 2. & 3. Soluto matrim.* Alii fideiussorem ab extraneo nomine mulieris recte accipi putant, &c, ut id commode fieri possit, extraneum istum promulgere dorem expromittere, id est, novandianimo in se suscipere, iubent. *Corvinus ad tit. C. Ne fideiuss. vel mandat dot.* Alii iureiurando hujusmodi fideiussionem corroborari arbitrantur *Guttiretz de Iuram. confirm. P. 1. c. 21. n. 14.* Alii coniunctam personam fideiubere posse dicunt. *Batdus Nov. de Dote Privileg. 21. n. 4.* Alii fideiussorem, si quae marito obaerato scienter nubat, admittunt. *Gast. L. 2. Obs. 84. n. 9.* Alii maritum sua sponte fideiussores recte dare eosque ita obligari existimant,

Rimant. Hartm. Pif. Obs. 35. Alii maritum facultatis
bus labentem ad dandos fideiussores compelli posse,
putant. Thomingius Dec. 58. Alii, ut fideiussio ab initio
& ante matrimonium consumatum exigatur, suadent.
Carpor. P. 2. C. 42. def. 17. At Icti Saxonici istis am-
bagibus & cauelis, quibus fraus legi sit, opus esse non
purant, sed fideiussionem pro dote, cum nihil iniqui-
vel inhonesti contineat, simpliciter admittunt. Et
ita Icti Vitembergenses Christophoro Kaden N. P. &
Iuris Practico Dresdensi M. Aprili anni 1710. respon-
derunt. Quorum sententia expresse confirmatur in
Weichbild. art. 24. ibi: Dieweil ihr ihr Ehegeld nicht ge-
leistet wird/ das ihr gelobet ward/ da sie ihren Mann nahm/
darff sie auch die Gewehr des Guths nicht räumen/ die
Erben weisen sie denn ab mit Recht/ oder mit Güte. Hat
sie aber Bürigen dafür/ so darff sie die Erben nicht mahnen/
weder in der Güthe oder zu Recht/ so soll sie die Gewehre
räumen/ und dem Gelübde der Bürigen folgen

XLIV. Maximum est in iure Romano secundarum
nuptiarum odium, multaque adversus viduos vidusque da-
altera vota transeuntes sunt constituta; de quibus vid. iii. C.
de Secundis nuptiis; item, Si secundo nupserit mulier, cui maritus
usufructum reliquit, nec non Novellas 2, 22, 39, 98, 127. Prae-
cipuum est, quod eorum omnium, que ex prioris conjugis
bonis sive per parta dotalia, sive per donationem, sive per
ultimam voluntatem acquisiverunt, proprietatem amittant
neque quidquam ex iis alienare aut unius liberis prioris
matrimonii praeципuum, sed omnibus æqualiter relinquere
O 3 debdant,

debeant. Præterea de propriis rebus pro lubitu disponere, & secundo coniugi plus, quam uni liberorum prioris matrimonii & quidem minimum habendi, vel in pactis dotalibus, vel in testamento assignare nequeunt. At Saxones ius dividum est, *Corinth. VII, 39.* sequuntur, nec secundas nuptias odio habent, atque adeo binubis, neque liberam de rebus suis dispositionem, neque proprietatem earum rerum, quæ a priore coniuge acceperunt, admunt. Clara sunt verba in *Spec. Sax. I. 1. art. 20.* Bleibt sie bey den Kindern, oder bey des Mannes Erben lang oder kurz, ungezweyet mit ihrem Guth, wenn sie sich dann von ihnen scheidet, so nimmt sie alles ihr Recht an dem Guth, das da ist, als sie es hätte nehmen sollen, da ihr Mann starb. Bleibt sie aber Witwe ic. Et clariora adhuc in *codem Speculo I. 3. art. 76.* De ius iudiciorum Saxonorum vid *Berlichium. P. 3. concl. 29. n. 46.* & quos ille ibi excitat, DD. Iunge Brunneman *Cum Cenur. 2. Decis. 59. n. 9.*

XLV. In contractibus realibus, qui ad suam perfectionem rei traditionem requirunt, quales sunt omnes innominati, ius Romanum, nullam ex nudo utriusque consensu obligationem oriri, statuit. Igitur pactum preparatoria e. g. de permuto, antequam ab una parte impleri cœptum sit, actionem secundum leges Romanas non producit *L. § 2. de Rerum permuto.* At ius Saxonum, quod omnia pacta honesta sustinet, *Spec. Sax. I. 1. art. 7.* pacta etiam huiusmodi preparatoria, modo consensu fuerint perfecta, valida esse iubet. Neque video rationem, quæ huic sententiæ opponi queat, præter auctoritatem *Carpzovii,* qui *P. 2.C. 33. def. 13.* usum iuris Romani quod ad pacta preparatoria adhuc superesse, contendit, imo eo procedit, ut, permutationem, ne quidem fecuto ab una parte imbleto, confirmari, sed illum, qui accepit, nihilominus a contractu resilire posse, putet. Quæ sententia tamen regulæ, iure etiam Roma-

Romano receptæ, quod nemo obligationi semel constitutæ renunciare posse *L. 5. C. de Obl.* Et ad nec non *Legi 7. §. 2. de pactis* aperte repugnat, & legibus a *Carpozio* allatis parum confirmatur, uti *Dn. Berger in Resolut. Lauterb. p. 442. & 445.* ostendit, qui etiam in eo, quod pacta contractum realium preparatoria actionem hodie pariant, nobiscum consentit. Vide librum eius de *Visu actionem P. 1. c. 3 §. 3 & Supplementa ad Electa Discept. Forens.* *P. 1. p. 93.* ubi eandem sententiam in ceteris quoque collegis Saxoniciis receptam, docet. Non desunt tamen advocati, qui iuris patrii parum peiti obsoletam istam de infirmitate contractorum preparatoriorum opinionem in foro reducent, nallo, si *Carpozii* auctoritatem demas, fundamento nulla solida ratione subnixi. Quare & oleum operamque perdunt, nec unquam victoriam obtinent, a temeritate tamen litigandi & restitutione impensarum in *Carpozio*, credo, honorem plerumque liberantur. Animad verti id nuper in actis ex patria mea a Praefecto Grunhanensi Dn. Christiano Friderico Haufen, ad academiam hanc missis. In illis actor, reum secum pactum de permittandis invicem ipsis domibus iniisse, aiebat, petebatque, ut is ad implendam conventionem tradendamque domum suam compelleretur. Reus, rem intra fines nudi pacti preparatorii substitisse, nectraditionem unquam, qua tamen de essentia contractuum realium sit, accessisse obvertebat. At Icti Vitembergenses M. Octobri 1709 sententiam in hac causa Melchior Ninkens contra Johann Friedrich Brücknern tulerunt: Dass Kläger dasjenige, so ihm zu erweisen auferlegt, und er sich angemässet, zur Nothdurft erwiesen, Derowegen Beklagter den getroffenen Tausch zu halten, und Klägern sein vertauschtes Hauf gegen jenes Hauf und Pertinentien, jedoch unbeschadet der auf Lebens-Zeit von Klägern ausgezogenen Stube und Cammer, einzuräumen, hierüber demselben das erweisliche Interesse morze zu erstatten schuldig. V. R. W. Quæ sententia, cum reus

reus eandem impugnart, primum a ICtis Libsienibus, deinde
a Curia Suprema Provinciali bis, denique a Summo Provo-
cationum Senatu, reiecta appellatione, fuit confirmata.

XLVI. Cave tamen, cum quibusdam existi-
mes, proptera, quod pacta etiam nuda præ-
paratoria valida sint, plane sublatam esse
contractuum innominatorum naturam, quæ in eo consistit, ut
si, qui ex sua parte dedit & contractum implevit, poenitere, &
ab altero, qui contractui non satisfecit, datum repetere possit L.
s. §. 4. Præscriptis verbis. Aequisimum hoc est, ut is, qui primus
fidem datam liberat, conditionem suam meliorem reddat condi-
tione alterius, qui, dum nondum fecit, quod promiserat, in
mora esse videtur. Igitur non existimo, repugnare hoc iuris
patrii principiis, quæ quidem omnia pacta honesta servari iu-
bent, rescissionem tamen, si quidem ex iusta causa fiat, non
impediunt. At ex ipso iure Romano nobis obstatre videtur,
quod stipulatio contractui innominato intercedens excludat
poenitentiam L. 3. 7. C. de Rerum permis. pactum autem nu-
dum cum stipulatione hodiæ sit exaequatum. Verum ne-
gamus, doctrinam obsoletam de stipulationibus commode
ad ius Germanicum & pacta nuda applicari; omniaque,
quæ de stipulationibus in jure Romano constituta sunt, in
pactis etiam nudis vera esse. Rectius igitur ICti Vitember-
genes apud Dr. Bergerum P. 1. Responso us. potestatem
poenitendi adhuc in contractibus innominatis ei, qui ex sua
parte contractum implevit, competere responderunt: Die-
weil in gegenwärtigen Fall Titius re integra, und vor an-
gefretter Reise hinwieder poenitiret, immassen ihm nach Ge-
legenheit des aufgesetzten Contracts nachgelassen.

XLVII.

XLVII. Ea tamen poenitendi facultas tamdiu saltem in contractibus innominatis concessa est danti, quamdiu res est integra, & alter nihil plane ex sua parte praestitit. Igitur, si is quoque non integrum quidem contractum implevit, implere tamen cepit, & iam aliquid dedit aut fecit, licet aliquid adhuc faciendum subservit, alter, qui fidem datam plene liberavit, contractum rescindere datumque repetere nequit L.5.
pr de Conditione causa data ibi: condicō cessabit. Reclite itaque apud Brunnemannum Centur. 5. Decis. 40. ei, qui domum suam cum alterius domo permutaverat, suamque primus tradiderat, & vicissim alterius acceperat, condicō denegatur, tametsi resignatio iudicialis, sine qua dominium non transfertur apud Saxones, nondum accessisset, & contractus adeo ex omni parte impletus dici non posset.

XLVIII. Degustabimus etiam, sed paucis, eligan-
tissimam quaestione m; an quis terro absentide jure
naturae & Saxonico stipulari & obligationem, a quas
promittens recedere nequeat, acquirere possit, tametsi
acceperatio istius tertii non accedat. Aicentem sententiam
Dn. Werner P. 1. Obs. 182. negantem Dn. Beyer in diff. de
Iure ex acceptatione promissi pro altero facta & in Posit. ad
Instit. tit. de Inutilibus stipulationibus. n. 8. lit. c. uterque
egregius, ut solent, argumentis defendit. Nobis ea, quæ
utrinque afferuntur, accuratius considerantibus, idem
ferre, quod olim iudicibus Romanis ad causas ampigias

P

&

& difficiles datis, accidit, ut, suspenso iudicio nostro:
Non liquet; pronunciemus. At quia, viros solide eruditos & prudentes dissensione modesta non offendit, novimus, fatebimur, aiente sententiam nobis verissimiliorum videri. Namque 1. spectata iuris naturae simplicitate, ad inducendam obligationem expressa acceptatio ejus, cui ea acquirenda est semper non requiritur, sed praesumitur saepius, maxime, si promissio seria, nullumque exinde detrimentum alteri metuendum sit. Non dicam iam de voto, quod Deo, & pollicitatione, quae reipublicae fit, atque sine omni acceptatione, obligationem producit, Remissionem debiti seu promissionem de non petendo, licet non acceptatam, tamen de iure civili etiam validam esse, nec revocari posse, DD. omnes, quos huc usque vidi, fatentur. arg. L. 53. de Solat. scilicet quia dubium non est, eum, cuius conditio per hujusmodi promissionem melior redditur, illam esse acceptaturum. Quodsi itaque obligatio interdum sine omni acceptatione valet, valebit multo magis, si tertius quis meo nomine acceptavit. Deinde 2. ius Saxonicum simpliciter in *Speculo l. 1. art. 7.* ait: *wer etwas gelobet/ der soll es gelten/ nec in ceteris locis quidquam ad pactum, praeter duorum conventionem, requirit.* Quid ergo opus est, ex subtilitatibus iuris Romani ista requisita augere? Tum 3. eius, qui alterius nomine promissionem acceptavit, utique illam servari interest, et si non pecuniariter, saltem ut tertius per se beneficio afficiatur L. 7. de servis

servis exportandis. Pecuniarium vero interesse ad acquirendam obligationem praecise non requiritur. Porro 4. ratihabitus subsequens de jure naturae eosdem, quos antecedens mandatum, effectus habet. Sufficit ergo, eum, pro quo acceptatio facta est, illam ratihabere. Praeterea 5. in *Jure Saxonicō feudali cap. 36.* exemplum occurrit, ubi ex promissione alteri facta tertio jus acquiritur, scilicet, cum dominus vasallo, se absenti cuidam feendum concessurum esse, pollicetur. Denique 6. auctoritas plerorumque & celeberrimorum virorum, *Grotii*, *Ziegleri*, *Puffendorffii* &c. nos juvat, quae etiā apud multos parum ponderis habeat, mihi tamen in ambiguis controversiis, ubi utrinque validae adfunt rationes, attendi debere viderur. Secuti etiam sunt hanc nostram opinionem Jcti Vitembergenses in casu, quo maritus quaedam suum vendiderat & ab emtore, ut partem pretii uxori suæ & post hujus mortem, consanguineis illius solveret, stipularus erat; atque marito, qui istud pacium impugnabat, M. Aprili 1711. versus Wilsdruff responderunt, valere illud; Dieweil dergleichen pactum nach denen in Deutschland eingeführten Rechten und Gewohnheiten auch in favorem tertii absentis gar wohl ausgerichtet werden mag.

XLIX.

XLIX. Plura supersunt. Sed cum eos, quos
ipſi nobis ab initio constitueramus, limites iam
diu egressi ſimus, hic ſubſitemus; otium ta-
men, quod nobis imposterum a forenſi ſtre-
pitu dabitur, exornando huic & amplifi-
cando ſcripto impendemus, operamque
dabimus, ut illud aliquando in justæ
magnitudinis libellum excreſcat.

F I N I S.



ULB Halle

005 361 788

3





Q. D. B. V.
COLLATIONEM
**ISCI IVRIS
ONICI CVM IV-
OMANO ET MORI-
HODIERNIS INSTITVENT**
Eine Vergleichung des alten Säch-
seß mit dem Römischen/ wie auch mit denen
heutigen Gebräuchen.)

**STINVS LEYSER VS,
R. D. ET P. P. EXTRAORD.
ET
AVCTOR
IRENFRIED MARTINI,
GRVNHNENSIS MISN.
IVRIVM CANDIDAT.
OCTOBR. ANNI c^o 15 10 C. C. IX.
NAVDITORIO IVRIDICO**

VITEMBERGAE Anno M D C C XXXVI.
STANNO SCHLOMACHIANO.

13
22
1769
24